ὅπερ ἂν ποθῆτε] Sic dedi ex Helmst. Vulgo ὅ τι ἐάν. Stephanus ὅ τι ἂν: quod miratur Taylor, quum notum sit iis, qui Graece sciant, perinde scribi ὅ τι ἂν et ὅ τι ἐάν. Sed hodie vix quisquam eorum, qui Graece sciunt, hoc sibi notum esse affirmabit. Notum quidem est, seriores Graecos et scriptorés Alexandrinos promiscue hoc usurpasse; sed de Atticis, quo quisque est peritior, eo minus concedit. Raro exemplum legitur, quo non optimi codd. restituant ἂν post relativa, si forte vulgares editiones offerant ἐάν. Vide Herm. ad Vig. p. 835. Equidem recepi, quod cod. optimus praebebat. Harl. habet ὃ ἄν. Hunc locum Ciceronem imitatum pro Cluentio 2. monet Wyttenbach ad Plutarch. I. p. 329. not. Oxon. Quamquam a vobis, judices, antequam de ipsa caussa dicere incipio, haec postulo — quum ego de unaquaque re dicam et diluam, ne ipsi, quae contraria sunt, taciti cogitationi vestrae subjiciatis, sed ad extremum exspectetis, et me meum dicendi ordinem servare patiamini: quum peroraro, tum, si quid erit praeteritum, requiratis.

μηδὲν προκατεγνωκότες] Μηδὲν dedi ex Harl. pro vulgato μηθέν. Vide ad Tim. 61. Ceterum restitui hic et in seqq. nominativos προκατεγνωκότες et ἀκούοντες, qui sunt in omnibus fere Mss. Referuntur ad subjectum ὑμεῖς quod subauditur ad ποθῆτε, ut participia saepe construuntur in enuntiationem interjectam. Reiskius ex uno Harl. accusativum dederat.

ὁπόθεν χρὴ πρῶτον ἄρξασθαι, διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κατηγορίας. σκέψασθε δὲ, ἂν ὑμῖν εἰκός τι πρᾶγμα πάσχειν δόξω. εἰμὶ μὲν γὰρ ὁ κινδυνεύων ἐγὼ νυνὶ περὶ τοῦ σώματος· τῆς δε κατηγορίας τὴν πλείστην πεποίηται Φιλοκράτους, καὶ Φρύνωνος, καὶ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων, καὶ Φιλίππου, καὶ τῆς εἰρήνης, καὶ τῶν Εὐβούλου πολιτευμάτων. ἐν ἅπασι δὲ τουτοις ἐγὼ τέταγμαι. μόνος δ᾽ ἐν τῷ λόγῳ φαίνεται κηδεμὼν τῆς πόλεως Δημοσθένης, οἱ δ᾽ ἄλλοι προδόται. διατετέλεκε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζων, καὶ λοιδορίας ψευδεῖς οὐκ ἐμοὶ μόνον λοιδορούμενος, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. ὃν δ᾽ οὕτως ἀτιμάζει, πάλιν ἐκ μεταβολῆς, ὅπου τύχῃ, ὥσπερ Ἀλκιβιάδην ἢ Θεμιστοκλέα κρίνων,

---

διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κατηγορίας] Ἀνωμαλία est id orationis vitium, quo variae et diversae res inepte miscentur: unde difficile nascitur refutanti opus, singula discernere justa aestimatione.

σκέψασθε δὲ, ἂν ὑμῖν εἰκός τι πρᾶγμα πάσχειν δόξω.] Wolfius pro ἂν mavult εἰ, quamquam etiam hoc ipsi parum placet. Sed ἂν vel ἐὰν post verba considerandi interdum ponitur: utrum, num. Tim. 48. σκέψασθ᾽ ἂν ἁπλοῦν ὑμῖν καὶ ἐλευθέριον λόγον δόξω εἰπεῖν. Demosth. περὶ παραπρ. p. 347. πειρᾶσθε διαμνημονεύειν, ἂν ἀληθῆ λέγω, ubi duo codd. habent εἰ. Leptin. p. 479. ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω. Aristocr. p. 661. σκοπεῖτε, ἂν ὀρθῶς ὑμῖν ἐξετάζειν δοκῶ. Boeot. p. 998. σκοπεῖτε ἄν τι δοκῶ λέγειν. Certa ejus qui loquitur, persuasio inesse videtur, se vera dicere.

περὶ τοῦ σώματος] Graeci σῶμα appellant, quod Latini caput dicunt. κινδυνεύειν περὶ τοῦ σώματος caussam capitis agere, cujus qui damnatur, is libertatem, aut civitatem aut ipsam vitam amittit.

τῆς δὲ κατηγορίας τὴν πλείστην] Graeci saepe, quum adjectivum et substantivum eodem casu ponenda essent, adjectivum in genere substantivi eo casu ponunt, quem regens nomen flagitat, substantivum autem addunt in genitivo, ut constructio sit partitiva. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 353. 442.

ὅπου τύχῃ] Quando consilio ipsius conveniebat. Admodum hoc differt ab ὅπου ἔτυχεν, quod unam caussam, ubi ipsi conveniebat, spectat, ὅπου τύχῃ certas plures, quae jam locum habebant.

Θεμιστοκλέα] Sic dedi e cod Mead. Vulgo Θεμιστοκλῆ. Quam

οἳ πλεῖστον τῶν Ἑλλήνων δόξῃ διήνεγκαν, ἀνῃρηκέναι μὲν αἰτιᾶταί με τὰς ἐν Φωκεῦσι πόλεις, ἀπηλλοτριωκέναι δ' ἀφ' ὑμῶν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον, ἐκβεβληκέναι δὲ [καὶ] τῆς ἀρχῆς Κερσοβλέπτην, ἄνδρα φίλον καὶ σύμμαχον τῆς πόλεως· ἐνεχείρησε δ' ἀπεικάζειν με Διονυσίῳ, τῷ γενομένῳ τῆς Σικελίας τυράννῳ, καὶ μετὰ σπουδῆς καὶ κραυγῆς πολλῆς παρεκελεύσαθ' ὑμῖν τὸ θηρίον φυλάξασθαι, καὶ τὸ τῆς ἱερείας ἐνύπνιον τῆς ἐν Σικελίᾳ

---

contractionem non Atticam esse opinor. Facio enim cum Phrynicho, qui p. 156. scribit: *Ἡρακλέα, Περικλέα, Θεμιστοκλέα ἐπεκτείνων τὴν ἐσχάτην λέγε, ἀλλὰ μὴ Ἡρακλῆν, Περικλῆν, Θεμιστοκλῆν.* Thomas quidem M. p. 423 agnoscit *Ἡρακλῆ, Θεμιστοκλῆ χωρὶς τοῦ ν.* Sed certis eum destitutum puto exemplis. Noster nominum contractorum in ῆς accusativum ubique terminat *έα*. Et sic, opinor, Attici omnes. Condonemus ejusmodi elegantias Aeliano, similibusque qui ῆ et ῆν habent.

τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον] Audiamus Diodorum Sic. Biblioth. L. XVI, 71. *Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Φίλιππος τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ* (Wesselingius inter alia nostro loco nixus conjicit *ἐπὶ Θρᾴκης*) *πόλεις Ἑλληνίδας εἰς εὔνοιαν προσκαλεσάμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Θρᾴκην. Κερσοβλέπτης γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν διετέλει τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις ὁμορούσας τῇ Θρᾴκῃ καταστρεφόμενος καὶ τὴν χώραν καταφθείρων. Βουλόμενος οὖν ἐμφράξαι τῶν βαρβάρων τὴν ὁρμὴν ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς σὺν πολλῇ δυνάμει. νικήσας δὲ πλείοσι μάχαις τοὺς Θρᾷκας, τοῖς μὲν καταπολεμηθεῖσι βαρβάροις προσέταξε δεκάτας τελεῖν τοῖς Μακεδόσι· αὐτὸς δ' ἐν τοῖς ἐπικαίροις τόποις κτίσας ἀξιολόγους πόλεις ἔπαυσε τοῦ θράσους τοὺς Θρᾷκας. διόπερ αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις, ἀπολυθεῖσαι τῶν φόβων, εἰς τὴν συμμαχίαν τοῦ Φιλίππου προθυμότατα κατετάχθησαν.*

τὸ θηρίον φυλάξασθαι] *Θηρίον* oratores interdum tropice de homine nequam, qui perniciem aliorum perpetuo meditatur. Sic infra 6. *παρακελεύσασθαί με φησιν αὐτῷ, ὅπως τὸ θηρίον κοινῇ φυλάξομεν.* Ctes. 58. fin. *ἄξιον ἡγοῦμαι μνησθῆναι τοῦ θηρίου τούτου.*

τῆς ἱερείας ἐνύπνιον] Haec non leguntur in Demosthenis oratione. Alii tamen, atque etiam scholiastes noster, somnium nobis servarunt. Hic *περὶ τὴν γραφὴν*, inquit, *ἡμάρτηται. δεῖ γὰρ γεγράφθαι Ἱμεραίας. Τίμαιος γὰρ ἐν τῇ ἕκτῃ ἱστορεῖ, γυναῖκά τινα, Ἱμεραίαν τὸ γένος, ἰδεῖν ὄναρ ἀνιοῦσαν αὑτὴν εἰς τὸν οὐρανὸν πρός τινος ἄγεσθαι;*

διηγήσατο. οὕτω δ' ἄνω τὸ πρᾶγμα ἐξάρας, ἐφθόνησέ μου ταῖς διαβολαῖς, τὰς αἰτίας ἀνατιθεὶς τῶν πεπραγμένων οὐ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις τοῖς Φιλίππου. 4. Πρὸς δὴ τοσαύτην τόλμαν καὶ τερατείαν ἀνθρώπου, χαλεπὸν καὶ διαμνημονεῦσαι τὰ λεχθέντα καθ' ἕκαστα, καὶ λέγειν μετὰ κινδύνου πρὸς ἀπροσδοκήτους διαβολάς. ᾗ δ' ἡγοῦμαι σαφεστάτους μοι τοὺς λόγους ἔσεσθαι, καὶ γνωρίμους ὑμῖν καὶ δικαίους, ἐντεῦθεν ἄρξομαι, ἀπὸ τῶν

θεασομένην τὰς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδεῖν καὶ τὸν Δία καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ὑφ' οὗ ἐδέδετο πυῤῥός τις ἄνθρωπος καὶ μέγας ἁλύσει καὶ κλοιῷ. ἐρέσθαι οὖν τὸν περιάγοντα, ὅστις ἐστίν. αὐτὸν δὲ εἰπεῖν· ἀλάστωρ ἐστὶ τῆς Σικελίας καὶ Ἰταλίας, καὶ εἴπερ ἀφεθῇ, τὰς χώρας διαφθερεῖ. περιαναστᾶσαν δὲ χρόνοις ὑστέροις ὑπαντῆσαι τῷ Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ των δορυφόρων, καὶ ἰδοῦσαν ἀνακραγῆναι, ὡς οὗτος εἴη ὁ τότε δειχθείς. καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσαν πεσεῖν εἰς τοὔδαφος ἐκλυθεῖσαν.

ἐφθόνησέ μου ταῖς διαβολαῖς] Calumniis, quas in me conjecerat, invidit. Nolebat iis fidem haberi, quia verebatur, ne magna mea potestas haberetur.

4. πρὸς δὴ τοσαύτην τόλμαν] Δὴ scripsi ex Harl. pro vulgato δέ.

ἀνθρώπου] Markland mavult τἀνθρώπου. Jam is vocabulo ἄνθρωπος sine articulo de certo homine posito infensus erat. Nos in Demosth. p. 64. sq. usum hunc τοῦ ἄνθρωπος firmare studuimus. Inprimis id fit, si ἄνθρωπος cum contemtu ponitur. Ut nostri scriptoris usum illustremus, laudamus haec loca. Infra. 16. σκέψασθε δὴ πράγματος μεγάλου κλοπὴν καὶ δεινὴν ἀναισχυντίαν ἀνθρώπου: ubi Markland iterum τἀνθρώπου. 44. σκέψασθε γὰρ ἀφροσύνην ἅμα καὶ ἀπαιδευσίαν ἀνθρώπου Markland vult τἀνθρώπου. Ctes. 30. καὶ γὰρ τοῦτο ἄνθρωπος ἴδιον καὶ οὐ κοινὸν ποιεῖ. Markl. τοῦθ' ὁ ἄνθρωπος. 39. ἐπειδὴ ἐκ τοῦ φανεροῦ τὴν πόλιν ἄνθρωπος οὐκ ἠδύνατο σφῆλαι. 49. τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ὑπότροπος ἦν ἄνθρωπος; M. ὁ ἄνθρωπος. Alicubi Reiskius exclamat: „ Dedecet in his minutis labi. Quoties hoc ingerit Marklandus, ignorans, Atticos ad vocabula ἄνθρωπος, ἀνὴρ et alia quaepiam talia solere articulum omittere, quem eorum morem debebat eum auctorum Atticorum usus docere; poterat certe."

ᾗ δ' ἡγοῦμαι] Ἡγοῦμαι recepi ex Helmst. et Reg. 3. pro οἴομαι, quod ego pro scholio illius habeo. Nam ἡγοῦμαι, existimo, significat, re pensitata aliquid censeo.

περὶ τῆς εἰρήνης λόγων, καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς πρεσβείας. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ μεμνήσομαι, καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε. Ἅπαντας γὰρ ἂν ὑμᾶς οἴομαι τοῦτό γε αὐτὸ μνημονεύειν, ὅθ' οἱ πρέσβεις οἱ τῶν Εὐβοέων, ἐπειδὴ περὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης τῷ δήμῳ διελέχθησαν, εἶπον, ὅτι καὶ Φίλιππος αὐτοὺς κελεύσειεν ὑμῖν ἀπαγγεῖλαι, ὅτι βούλεται διαλύσασθαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν εἰρήνην ἄγειν. οὐ πολλῷ δ' ὕστερον χρόνῳ Φρύνων ὁ Ῥαμνούσιος ἑάλω ὑπὸ λῃστῶν, ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς Ὀλυμπιακαῖς, ὡς αὐτὸς ᾐτιᾶτο. ἐπειδὴ δ' ἐπα-

---

οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ μεμνήσομαι] Vide ad cap. 2. Non tamen celandum, *ἂν* deesse in Harl.

καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε] Non mutandum cum Tayloro in *μαθήσεσθαι*, ut sit *καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε μαθήσεσθαι*. Si orator infinitivum posuisset, in priore membro addidisset *ἐγώ*. Sed affirmat, fore ut hoc fiat, non fieri solum posse. Non rara est haec membrorum variatio. 12. *σῶσαί με, εἰ μηδὲν ἀδικῶ, δυνήσεσθε, ἱκανὰς εἰληφότες ἀφορμάς, καὶ θεάσεσθε ἐκ τῶν ὁμολογουμένων καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα:* ubi *θεάσεσθε* restitui ex antiquis editionibus et optimis, ni fallor, Mss., quum Reiskius e duobus libris dederat *θεάσασθαι*. Sed ut certum ponit, *τὸ θεᾶσθαι:* an servent ipsum, affirmare non potest, 36. *ἀλλ' ἔμοιγε νὴ τοὺς θεοὺς οὑτοσὶ δοκεῖ τοῦτο μόνον λογίζεσθαι, ὅπως μεταξὺ λέγων εὐδοκιμήσῃ. εἰ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν δόξει πονηρότατος τῶν Ἑλλήνων εἶναι, οὐδὲ μικρὸν φροντίζει:* ubi miror, neminem conjecisse *φροντίζειν*. 41. *συμπέπλεγμαι δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ καθ' ὑπερβολὴν ἀνθρώπῳ γόητι καὶ πονηρῷ, ὃς οὐδ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι, ἡγεῖται δ', ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν.*

καὶ τὴν εἰρήνην ἄγειν] Articulus in hac locutione *εἰρήνην ἄγειν* omittitur, nisi ad certam quandam pacem respiciatur. Fortasse tamen sic intelligendum, eam pacem, quam cum Atheniensibus initurus sit. Additus articulus aqud Isocrat. Symmach. 38. *οὗτοι δὲ μεταξὺ Πελοποννησίων καὶ Θηβαίων καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, οἰκοῦντες τὴν εἰρήνην ἄγοντες διατελοῦσιν.*

Ῥαμνούσιος] *Ῥαμνοῦς δῆμος Αἰαντίδος φυλῆς*: in quo demo celebre erat Nemeseos fanum. Distabat Marathone stadiis LX.

ἑάλω] Harl. *ἦλω*. Cf. Tim. 31.

ἐν ταῖς σπονδαῖς Ὀλυμπιακαῖς] Ab tempore ludorum Olympiorum

ἦλθε δεῦρο λυτρωθεὶς, ἐδεῖτο ὑμῶν πρεσβευτὴν αὐτῷ πρὸς Φίλιππον ἑλέσθαι· ἵν', εἴ πως δύναιτο, ἀπολάβοι τὰ λύτρα. πεισθέντες δ' ὑμεῖς προσείλεσθ' αὐτῷ Κτησιφῶντα πρεσβευτήν. ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆκε δεῦρ' ἀπὸ τῆς πρεσβείας ὁ Κτησιφῶν, ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ἐπέμφθη, καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι φαίη Φίλιππος, ἄκων μὲν πολεμῆσαι πρὸς ὑμᾶς, βούλεσθαι δὲ καὶ νῦν ἀπαλλαγῆναι τοῦ πολέμου. εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Κτησιφῶντος, καὶ πολλήν τινα ἐξαγγείλαντος πρὸς τούτοις φιλανθρωπίαν, καὶ τοῦ δήμου σφόδρα ἀποδεξαμένου, καὶ τον Κτησιφῶντα ἐπαινέσαντος, ἀντιστάντος δ' οὐδενὸς, ἐνταῦθα ἤδη δίδωσι ψήφισμα Φιλοκράτης ὁ Ἁγνούσιος, καὶ ὁ δῆμος ἅπας ὁμογνωμονῶν ἐχειροτόνησεν, ἐξεῖναι δεῦρο Φιλίππῳ κήρυκας καὶ πρέσβεις πέμπειν ὑπὲρ εἰρήνης. πρότερον μὲν γὰρ καὶ αὐτο τοῦτ' ἐκωλύετο ὑπό τινων, οἷς

---

feriae indicebantur, i. e. induciae, easque cunctis Graeciae populis sancte agebantur. Cf. P. Fabri agonistica L. II. c. 26. Ὀλυμπιακαῖς dedit Reiskius ex Harl. et Helmst. Thomas quidem M. ait Ὀλυμπικὸς Ἀττικοὶ οὐκ Ὀλυμπιακός. Sed ut multa, ita etiam hoc Thomae praeceptum falsum esse docet ibi Sallier. Si originem spectes, Ὀλυμπιακὸς praeferendum erit, quamquam alterum damnare non ausim.

πρεσβευτὴν αὐτῷ πρὸς Φίλιππον ἑλέσθαι] Revocavi plerorumque omnium Mss. lectionem. Reiskius ex solo Reg. 3. dederat αὐτὸν. Sed qualis petitio, ut populus eum in ipsius caussa publice legatum crect! Non intellexerunt interpretes rem. Phrynon scilicet sua sponte et suis impensis erat iter in Macedoniam suscepturus. Sed, ut itineris scopum certius assequeretur, populum rogavit, ut legatum publica auctoritate instructum comitem sibi adjungeret, et populus Ctesiphontem ei ut publicum legatum adjunxit. Sic omnia plana, et vulgata totius loci lectio sana

Ἁγνούσιος] Ἁγνοῦς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἧς ὁ φυλέτης (leg. δημότης) Ἁγνούσιος. Alii ad Demetriadem tribum referunt.

κήρυκας καὶ πρέσβεις] Cf. Tim. 9.

ἦν τοῦτ' ἐπιμελές, ὡς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἔδειξεν. 5. γράφονται δ' οὗτοι παρανόμων τὸ ψήφισμα, Λυκῖνον ἐπὶ τὴν γραφὴν ἐπιγραψάμενοι, καὶ τίμημα ἑκατὸν τάλαντα. καὶ μετὰ ταῦτ' εἰσῄει ἡ γραφὴ εἰς τὸ δικαστήριον. ἀῤῥώστως δ' ἔχων ὁ Φιλοκράτης ἐκάλεσεν αὑτῷ συνήγορον τὸν Δημοσθένην, ἀλλ' οὐκ ἐμέ. παρελθὼν δ' ὁ μισοφίλιππος Δημοσθένης κατέτριψε τὴν ἡμέραν ὅλην ἀπολογούμενος, καὶ τὸ τελευταῖον ἀποφεύγει ὁ Φιλοκράτης. ὁ δὲ γραψάμενος τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταλαμβάνει, καὶ ταῦθ' ὑμεῖς ἅπαντες ἴστε. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ὄλυνθος ἥλω, καὶ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἐγκατελήφθησαν πολιτῶν· ὧν ἦν Στρατοκλῆς, ὁ Ἐργοχάρους ἀδελφός, καὶ Εὐήρατος, ὁ Στρομβίχου υἱός. ὑπὲρ δὲ τούτων ἱκετηρίας θέντες ἐν τῷ δήμῳ οἱ οἰκεῖοι, ἐδέοντο ὑμῶν ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι. παρελθόντες δ' αὐτοῖς συνηγόρουν Φιλοκράτης καὶ Δημοσθένης, ἀλλ' οὐκ Αἰσχίνης. καὶ πέμπουσι πρεσβευτὴν Ἀριστόδημον,

---

5. ἑκατὸν τάλαντα] Ἐπέθηκαν, quod his vocabulis praepositum et a Reiskio cod. Harl. auctoritate uncis inclusum erat, ego prorsus delevi. Non enim actores ἐπέθηκαν τίμημα sed ἐπεγράψαντο. ἐπιθεῖναι est judicis. „Sehr hohe Geldbuſsen setzte man in den Klagen der Gesetzwidrigkeit (γραφὴ παρανόμων) fünf, zehn, fünfzehn Talente, wobey jedoch Ermäſsigungen Statt fanden, wie von fünfzehn Talenten auf eines. Ja Aeschines setzte dem Ktesiphon eine Strafe von fünfzig, Lykinos dem Philokrates von hundert Talenten: was indeſs keineswegs als das gewöhnliche angesehen werden darf. Boeckh. Staatsh. T. I. p. 411.

ἐγκατελήφθησαν] Coisl. ἐγκατελείφθησαν. Sed alterum verum esse, per se patet, et nostro loco usus est Wesselingius ad firmandam veram lectionem in Diod. Sic. L. XV, 68, ubi eadem lectionis varietas obtinet.

Στρομβίχου] Sic dedit Reiske ex codd. Mead. et Helmst. Vulgo Στρομμίχου. Στρόμβιχος est deminutivum a στρόμβος: quae ambo vocabula plerumque corrupta fuisse monet Bastius Epist. Crit. p. 17.

ἱκετηρίας] Vide ad Tim. 42.

τὸν ὑποκριτὴν, πρὸς Φίλιππον, διὰ τὴν γνῶσιν καὶ φιλίαν τῆς τέχνης. ὡς δ᾽ ἐπανήκων ἀπὸ τῆς πρεσβείας ὁ Ἀριστόδημος, διά τινας ἀσχολίας οὐ προσῄει πρὸς τὴν βουλὴν, ἀλλ᾽ ἔφθασεν αὐτὸν Στρατοκλῆς, ἐλθὼν ἐκ Μακεδονίας, ἀφεθεὶς ὑπὸ Φιλίππου ἄνευ λύτρων, γενόμενος αἰχμάλωτος, ἐνταῦθ᾽ ἠγανάκτουν πολλοὶ, ὅτι τὴν πρεσβείαν οὐκ ἀπήγγειλεν ὁ Ἀριστόδημος, τοὺς αὐτοὺς λόγους ἀκούοντες τοῦ Στρατοκλέους παρὰ τοῦ Φιλίππου. τελευταῖον δ᾽ εἰς τὴν βουλὴν εἰσελθὼν Δημοκράτης ὁ Ἀφιδναῖος, ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀνακαλέσασθαι τὸν Ἀριστόδημον. εἷς δὲ τῶν βουλευτῶν ἦν Δημοσθένης, ὁ ἐμὸς κατήγορος. παρελθὼν δ᾽ Ἀριστόδημος, πολλήν τινα εὔνοιαν ἀπήγγειλε τοῦ Φιλίππου πρὸς τὴν πόλιν, καὶ προσέθηκεν, ὅτι καὶ σύμμαχος βούλοιτο τῇ πόλει γενέσθαι. καὶ ταῦτ᾽ οὐκ ἐν τῇ βουλῇ μόνον εἶπεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ δήμῳ. κἀνταῦθ᾽ οὐδὲν ἀντεῖπε Δημοσθένης, ἀλλὰ καὶ στεφανῶσαι τὸν Ἀριστόδημον ἔγραψε. 6. ῥηθέντων δὲ τούτων ἐν τῷ δήμῳ, ψήφισμα ἔγραψεν ὁ Φιλοκράτης, ἑλέσθαι πρέσβεις ὑμᾶς πρὸς Φίλιππον ἄνδρας δέκα, οἵτινες διαλέξονται Φιλίππῳ περὶ εἰρήνης, καὶ τῶν κοινῇ ξυμφερόντων Ἀθηναίοις καὶ Φιλίππῳ. χειροτονουμένων δὲ τῶν δέκα πρέσβεων, ἐγὼ μὲν προεβλήθην ὑπὸ Ναυσικλέους, Δημοσθένης δ᾽ ὑπ᾽

διὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν φιλίαν τῆς τέχνης] Φιλίαν dedi ex Askew. Mead. Helmst. pro φιλανθρωπίαν. Φιλία τινὸς significat interdum amorem rei. Sic apud Xenoph. Symp. VIII, 15. τῆς ψυχῆς φιλία.

τοὺς αὐτοὺς λόγους] Eadem, quae Phryno dixerat, Ctesipho et Eretriensis.

παρὰ τοῦ Φιλίππου] Brachylogice quae a Philippo dicta erant. Vide Sturzii Lex. Xen. s. v. Tim. 47. ὁ παρ᾽ ἐμοῦ λόγος.

ἀνακαλέσασθαι] Evocare, arcessere. Interdum de eo, qui vocatur, quod ipse non venit, quum ex officio veniendum erat, vel quod aliquid peccavit, et suae actionis rationem reddere cogitur.

6. προεβλήθην ὑπὸ Ναυσικλέους] Homo privatus, opinor, Nau-

αὐτοῦ Φιλοκράτους, ὁ νυνὶ Φιλοκράτους κατηγορῶν. οὕτω δ' ἦν πρόθυμος εἰς τὰ πράγματα, ὥστε ἐν τῇ βουλῇ γράφει, ἵνα ἀζήμιος ὢν ἡμῖν συμπρεσβεύῃ ὁ Ἀριστόδημος, ἑλέσθαι πρέσβεις ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐν αἷς ἔδει τὸν Ἀριστόδημον ἀγωνίζεσθαι, οἵτινες ὑπὲρ αὐτοῦ παραιτήσονται τὰς ζημίας· καὶ ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, λάβε μοι τὰ ψηφίσματα, καὶ τὴν ἐκμαρτυρίαν ἀνάγνωθι τὴν Ἀριστοδήμου, καὶ κάλει πρὸς οὓς ἐξεμαρτύρησεν, ἵν' εἰδῶσιν οἱ δικασταί, τίς ἦν ὁ τοῦ Φιλοκράτους ἑταῖρος, καὶ τίς ὁ τὰς δωρεὰς Ἀριστοδήμῳ φάσκων πείσειν δοῦναι τὸν δῆμον. Ψηφίσματα. Ἐκμαρτυρία. Ἡ μὲν τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ἔνστασις τῶν ὅλων πραγμάτων ἐγίγνετο, οὐ δι' ἐμοῦ, ἀλλὰ διὰ Δημοσθένους καὶ Φιλοκράτους. ἐν δὲ τῇ πρεσβείᾳ συσσιτεῖν ἡμῖν ἐσπούδασεν, οὐκ ἐμὲ πείσας, ἀλλὰ τοὺς μετ' ἐμοῦ, Ἀγλαοκρέοντα τὸν Τενέδιον, ὃν ἐκ τῶν συμμάχων εἵλεσθε, καὶ Ἰατροκλέα. ἐν δὲ τῇ πορείᾳ παρακελεύσασθαί με φησὶν αὐτῷ, ὅπως τὸ θηρίον κοινῇ φυλάξομεν, τὸν Φιλοκράτην, πρᾶγμα

---

sicles, eligendum designat. In iis nempe muneribus, quae peti et ambiri a candidatis non poterant, quo ex genere sunt legationes, a quocunque cive hic vel ille populo commendari poterat. In ordinariis vero magistratibus eorum nomina, qui professi erant, ab Archontibus aut Prytanibus ad populum ferebantur, isque rogabatur, quem ex iis magistratum fieri juberet. Schömann de com. Athen. p. 328. Exempla hujus vocabuli significationis habet Astius ad Plat. de Legg. VII, 4.

ἀζήμιος] Aristodemus promiserat compluribus civitatibus, certis quibusdam diebus festis in scenam prodire, et convenerat de multa, si officium negligeret. Hinc commendabat Demosthenes, legatos mittere in eas civitates, qui id agerent, ut veniam pro Aristodemo impetrarent, ut qui publica auctoritate in Macedoniam missus esset.

ἐκμαρτυρίαν] Vide ad Tim. 44. ubi Harpocrationem laudavi, significationem exponentem, quae nostro loco obtinet.

ἔνστασις τῶν ὅλων πραγμάτων] Vide ad Tim. 54.

ὅπως τὸ θηρίον φυλάξομεν] Hoc revocavi, quum nonnulli ex paucis libris dederint φυλάξωμεν. Φυλάττειν fortasse est diligenter aliquem observare, ne quid in nostram perniciem perpetret, ut

λέγων πεπλασμένον. πῶς γὰρ ἂν ἐγὼ Δημοσθένην ἐπὶ Φιλοκράτην παρεκάλουν, ὃν ᾔδειν συνειπόντα μὲν Φιλοκράτει, ὅτ' ἦν ἡ τῶν παρανόμων γραφὴ, προβληθέντα δὲ εἰς τὴν πρεσβείαν ὑπὸ Φιλοκράτους; πρὸς δὲ τούτοις, οὐκ ἐν τοιούτοις ἦμεν λόγοις οἱ συμπρέσβεις, ἀλλ' ὅλην τὴν πορείαν ἠναγκαζόμεθα ὑπομένειν Δημοσθένην, ἀφόρητον ὄντα καὶ βαρὺν ἄνθρωπον. ὃς διασκοπούντων ἡμῶν, ὅ τι χρὴ λέγειν [ἡμᾶς, τῶν συμπρέσβεων,] καὶ Κίμωνος εἰπόντος, ὅτι φοβοῖτο, μὴ δικαιολογούμενος περιγένοιτο ἡμῶν ὁ Φίλιππος, πηγὰς δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπηγγέλλετο, καὶ περὶ τῶν δικαίων τῶν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ἀποῤῥάψειν τὸ Φιλίππου στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ, καὶ πείσειν Ἀθηναίους μὲν καταδέξασθαι Λεωσθένην, Φίλιππον δ' Ἀθη-

---

furem observamus, ne quid nobis surripiat. Demosth. p. 317. s. φυλάττειν ἐμὲ καὶ τηρεῖν ἐκέλευεν, ὅπως μὴ παρακρούσομαι μηδ' ἐξαπατήσω, δεινὸν καὶ γόητα, καὶ σοφιστὴν καὶ τὰ τοιαῦτ' ὀνομάζων p. 691. s. οὓς νομίζω μνημονεύοντας ἂν ὑμᾶς ἄμεινον φυλάττειν, ἃν παράγειν καὶ φενακίζειν οὗτοι ζητῶσιν ὑμᾶς. Alii fortasse φυλάττειν pro φυλάττεσθαι positum judicabunt, quod fieri posse defendere tentabat Heindorf ad Plat. Gorg. 38.

πηγὰς δὴ λόγων] Edd. antiquae post πηγὰς inserunt δὲ, quod Reiskius de suo mutavit in τε, ego delevi auctoritate codd. Harl. et Helmst.

ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ] Harpocration ὁλοσχοίνους, Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Θεόφραστος δ' ἐν τετάρτῃ περὶ φυτῶν εἰπὼν τοῦ σχοίνου τρία εἴδη εἶναι, ὧν ὁ τρίτος τῷ μεγέθει καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων ὁλόσχοινος καλεῖται. Scholiastes noster: τὸ ὁλόσχοινον φυτόν ἐστιν ᾧ χρῶνται ἀντὶ βελόνης (statt eines Pfeiles). ἀβρόχῳ δὲ εἶπεν οἱονεὶ ξηρῷ, ἵνα διὰ τῶν σιάλων τοῦ στόματος φυηθὲν ὀδύνην δῆθεν ποιήσῃ τῷ στόματι ἐν τῷ ἐῤῥάφθαι. εἰώθασι γὰρ βρέχεσθαι ἐν τῷ ὕδατι, ἵνα μαλακὰ γενόμενα εὐθέα γένωνται εἰς τὴν τῶν ἄλλων ἔργων πλοκήν.

Λεωσθένην] Sic dedi ex Bern. Mead. Helmst. pro Λεωσθένη. Cf. ad Tim. 65. ὁ Λεωσθένης Ἀθηναῖος ἦν. οὗτος ἐφυγαδεύθη Ἀθήνηθεν ὡς φιλιππίζων, καὶ ἦν παρὰ Φιλίππῳ ἐς τὰ μάλιστα τιμώμενος, ἀνὴρ εἰπεῖν δυνατός. 31. dicitur φεύγων ἐνθένδε διὰ τοὺς συκοφάντας.

ναίοις Ἀμφίπολιν ἀποδοῦναι. 7. ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ τὴν τούτου διεξιὼν ὑπερηφανίαν, ὡς τάχιστα ἥκομεν εἰς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὅταν προσίωμεν Φιλίππῳ, τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν, καὶ τοὺς λοιποὺς καθ' ἡλικίαν. ἐτύγχανε δ' ἡμῶν νεώτατος ὢν, ὡς ἔφη, Δημοσθένης. ἐπειδὴ δὲ εἰςεκλήθημεν· καὶ τούτοις ἤδη σφόδρα μοι προσέχετε τὸν νοῦν· ἐντεῦθεν γὰρ κατόψεσθε ἀνθρώπου φθόνον ὑπερβάλλοντα, καὶ δεινὴν δειλίαν ἅμα καὶ κακοήθειαν, καὶ τοιαύτας ἐπιβουλὰς κατ' ἀνδρῶν συσσίτων καὶ συμπρέσβεων, ἃς οὐδ' ἂν κατὰ τῶν ἐχθίστων τις εἰκῇ ποιήσαιτο. τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας, καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δή φησι ποιεῖσ-

---

7. συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς] Revocavi hanc omnium librorum lectionem, quum Reiskius e conjectura dederit πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. Συντάσσειν est proprie eorum, qui milites in ordinem disponunt, aciem instruunt. Hinc in universum, plurium ordinem instituere. Ergo συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς est: sic nostram seriem loquentium instruximus. Infinitivus λέγειν est appositio, cui recentiores linguae particulam explicativam praeponunt.

ἐπειδὴ δὲ εἰςεκλήθημεν —] Est anapodoton. Quae interjiciuntur enuntiationes, in oblivionem ferunt protasin praemissam. Et hinc omnis oratio procedit ita, quasi nulla adfuerit. Simile anapodoton est c. 8. init., ubi Reiskius ad πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον τὴν πατρικὴν εὔνοιαν opinatur, γὰρ eleganter redundare, ut fere semper in orationis restauratione, eumque laudat God. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 36. Id quidem verissimum est, γὰρ saepe poni ad significandam orationis redintegrationem, nec tamen ita, ut opinatur Reiskius, ad indicandam apodosin. Tum ponitur, quum protasis aut membrum periodi abruptum per enuntiationes interjectas nunc alia quidem forma quodammodo repetatur et sic oratio redintegretur, ut in l. Plat. l. Sed in Aeschine vera sunt anapodota, optimo cuique scriptori haud aliena.

ἀνθρώπου] Markland τἀνθρώπου. Sed vide supra c. 4.

τοὺς — τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν] Ἅλες καὶ τράπεζα dicuntur de hospitio et convictu. Hic igitur de honore publico et σιτήσει sermo est. Ctes. 76. ἔφησθα τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείστου ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς τραπέζης. Vide Huschke

θαι, οὐκ ὢν ἐπιχώριος, εἰρήσεται γάρ, οὐδ' ἐγγενὴς ἡμῖν, ἡμεῖς δέ, οἷς ἱερὰ καὶ τάφοι προγόνων ὑπάρχουσιν ἐν τῇ πατρίδι, καὶ διατριβαί, καὶ συνήθειαι μεθ' ὑμῶν ἐλευθέριοι, καὶ γάμοι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ κηδεσταί, καὶ τέκνα, Ἀθήνησι μὲν ἦμεν ἄξιοι τῆς ὑμετέρας πίστεως· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἡμᾶς εἵλεσθε· ἐλθόντες δ' εἰς Μακεδονίαν ἐξαίφνης ἐγενόμεθα προδόται. ὁ δὲ οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος, οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται, ὡς ὢν Ἀριστείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, δυσχεραίνει, καὶ καταπτύει δωροδοκίας. ἀκούσατε δὴ τούς τε ἡμετέρους λόγους, οὓς εἴπομεν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πάλιν, οὓς τὸ μέγα ὄφελος τῆς πόλεως εἴρηκε Δημοσθένης, ἵν' ἐφεξῆς καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς ἕκαστα τῶν κατηγορημένων ἀπολογήσωμαι. ἐπαινῶ δ' εἰς ὑπερβολὴν πάντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ὅτι σιγῇ καὶ δικαίως ἡμῶν ἀκούετε. ὥστε ἐάν τι μὴ λύσω τῶν κατηγορημένων, οὐχ

---

in A. Matthiae Miscell Phill. P. I. p. 15. Τὴν ξενικὴν τράπεζαν perquam sanctam fuisse, et gravi poena ejus violationem affectam, docet Spanhemius ad Callim. Dian. v. 123.

οὐδ' ἐγγενὴς ἡμῖν] Aeschines nempe dicebat Demosthenem matre Scythissa natum esse. Qui vero non utrimque Atheniensibus germanis natus erat, ipse non erat civis Atheniensis. Cf. Ctes. 54.

οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος, οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται] Theon progymnasm. p. 26. Αἰσχίνης Δημοσθένην διαβάλλων φησὶν αὐτοῦ μὴ καθαρεύειν τὸ στόμα (f. σῶμα) μηδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται. Respicit Theon proprie locum, qui legitur infra c. 25. A. Gellius I. 5. Etiam turpibus indignisque verbis in eum non temperatum, quin parum vir, et ore quoque polluto diceretur.

καταπτύει δωροδοκίας.] Καταπτύειν cum genitivo personae καθ' ἧς τις πτύει, construitur, sed recte accusativus rei, cujus quis insimulatur, culpae, quae in aliquem malevole et maledice confertur, ponitur.

τὸ μέγα ὄφελος] Quod hic ironice dicitur, significat sensu bono hominem perquam praestantem et utilem, decus et praesidium, ut Horatii verbis utar. Vide Hemsterh. ad Lucian. Tim. 50. T. 1. p. 163.

ὑμᾶς, ἀλλ' ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι. 8. ἐπειδὴ γὰρ οἱ πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις ὑπὲρ τῆς πρεσβείας εἰρήκεσαν, καὶ καθῆκεν εἰς ἡμᾶς ὁ λόγος — καὶ τὰ μὲν καθ' ἕκαστα τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων ὑπ' ἐμοῦ, καὶ τοὺς πρὸς ταῦτα λεχθέντας ὑπὸ Φιλίππου λόγους, ἐν τῷ δήμῳ σαφῶς ἀπήγγειλα πρὸς ἅπαντας Ἀθηναίους, νυνὶ δὲ πειράσομαι διὰ κεφαλαίων ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν. πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον τὴν πατρικὴν εὔνοιαν, καὶ τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε Ἀμύντᾳ, τῷ Φιλίππου πατρὶ, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλ' ἐφεξῆς ἅπαντα ὑπομιμνήσκων, δεύτερον δὲ ὧν αὐτὸς ἦν μάρτυς εὖ παθών. Ἀμύντου γὰρ νεωστὶ τετελευτηκότος, καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἀδελφῶν, Περδίκκου δὲ καὶ Φιλίππου παίδων ὄντων, Εὐρυδίκης δὲ τῆς μητρὸς αὐτῶν προδεδομένης ὑπὸ τῶν δοκούντων αὐτῇ εἶναι φίλων, Παυσανίου δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατιόντος, φυγάδος μὲν ὄντος, τῷ καιρῷ δ' ἰσχύοντος, πολλῶν δ' αὐτῷ συμπραττόντων, ἔχοντος δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν, εἰληφότος δὲ Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ

---

8. *νυνὶ δὲ πειράσομαι* cet.] Cod. Helm. *νῦν*. Et sunt viri docti, qui *νυνὶ* nonnisi cum praesenti construi affirmant. Sed major est exemplorum numerus, quam quem corrigere liceat, in quibus *νυνὶ* etiam cum aliis temporibus jungitur. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 19. not ** Ut non a nostro decedamus, Ctes. 53. *νυνὶ δὲ οὐ φήσεις δύνασθαι λέγειν*. Cum perfecto saepe *καὶ κέχρηται νυνὶ κατ' ἐμοῦ* Ctes. 1. *νυνὶ καταλέλυται*. Tim. 75. *τί οὖν δὴ λέξετε οἱ τῆς ψήφου νυνὶ γεγονότες κύριοι*. cet.

προδεδομένης] Sic dedi ex Mead. et Helmst. pro vulgato *προδιδομένης*. Statim *αὐτῇ*, pro *αὐτοῖς*, ex Mead. Regg. 1. 3. 4. Helmst.

Παυσανίου ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατιόντος] Suidas s. v. *Κάρανος*. — — *Ἀμύντου τελευτήσαντος Παυσανίας φυγαδευθεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρότερον, κατελθὼν ἐβιάσατο τοὺς παῖδας καὶ κατέσχε τὴν ἀρχήν. Εὐρυδίκη Ἀθηναίων στρατηγῷ διαφέροντι περὶ τὴν Μακεδονίαν χρησαμένη συμμάχῳ, τὸν Παυσανίαν ἐκβάλλει*. Ceterum haec omnia Aeschines hyperbolico rhetorum more exornavit et auxit.

Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν] Urbes in meridionali parte Macedoniae. *Θέρμα* eo loco sita erat, ubi postea *Θεσσαλονίκη*. Strabo

Στρέψαν καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία, Μακεδόνων δὲ οὐχ ὁμονοούντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων τὰ Παυσανίου φρονούντων ἐπὶ τῶν καιρῶν τούτων ἐχειροτόνησαν στρατηγὸν Ἀθηναῖοι ἐπ' Ἀμφίπολιν Ἰφικράτην, Ἀμφιπολιτῶν αὐτῶν ἐχόντων τότε τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν καρπουμένων. ἀφικομένου δ' εἰς τοὺς τόπους Ἰφικράτους μετ' ὀλίγων τὸ πρῶτον νεῶν, ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον τῶν πραγμάτων, ἢ πολιορκίᾳ τῆς πόλεως, ἐνταῦθ', ἔφην ἐγὼ, μετεπέμψατο αὐτὸν Εὐρυδίκη ἡ μήτηρ ἡ σή. καὶ, ὥς γε δὴ λέγουσιν οἱ παρόντες πάντες, Περδίκκαν μὲν τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν καταστήσασα εἰς τὰς χεῖρας τὰς Ἰφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα, εἶπεν, ὅτι Ἀμύντας, ὁ πατὴρ τῶν παίδων τούτων, ὅτ' ἔζη, υἱὸν ἐποιήσατό σε, τῇ δὲ Ἀθηναίων πόλει οἰκείως ἐχρήσατο, ὥστε συμβαίνει σοι καὶ ἰδίᾳ τῶν παίδων τούτων γεγενῆσθαι ἀδελφῷ, καὶ δημοσίᾳ φίλῳ ἡμῖν εἶναι. καὶ μετὰ ταῦτα ἤδη δέησιν ἰσχυρὰν ἐποιεῖτο καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, καὶ ὅλως ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἰφικράτης, ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας, καὶ τὴν δυναστείαν ὑμῖν ἔσωσε. 9. καὶ μετὰ ταῦτα εἶπον περὶ

---

epit. p. 509. ἡ Θεσσαλονίκη ἡ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. Inde celebris sinus Θερμαῖος nomen habebat, qui quondam etiam sinus Macedonicus appellabatur, nunc Golfo di Salonichi. Harum urbium meminit etiam Stephanus Byz.

ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον – ἢ πολιορκίᾳ] Mead. Harl. κατασκοπὴν, Harl. etiam πολιορκίαν; sed elegantior lectio vulgata. ἐπὶ cum dativo consilium indicat. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 585.

οἱ παρόντες πάντες] Πάντες deest in Helmst. Si ab Aeschine profectum est, id quoque fastum sapit rhetoricum.

καὶ τὴν δυναστείαν ὑμῖν ἔσωσε] Locum laudat Thomas M. s. v. δυνάστης. Δυνάστης, καὶ ὁ τύραννος καὶ ὁ βασιλεύς· ὡσαύτως καὶ ἡ δυναστεία οὐ μόνον ἡ τυραννὶς ἀλλὰ καὶ ἡ βασιλεία. Αἰσχίνης, ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας, καὶ τὴν δυναστείαν ἡμῖν (perperam pro ὑμῖν) ἔσωσε. Cod. Helmst. pro δυναστείαν glossam habet Μακεδονίαν.

Πτολεμαῖον, ὃς ἦν ἐπίτροπος καθεστηκὼς τῶν πραγμάτων, ὡς ἀχάριστον καὶ δεινὸν ἔργον διαπράξατο, διδάσκων, ὅτι πρῶτον μὲν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἀντέπραττε τῇ πόλει, καὶ πρὸς Θηβαίους διαφερομένων Ἀθηναίων συμμαχίαν ἐποιήσατο. καὶ πάλιν ὡς Περδίκκας, εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς, ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει, καὶ τὴν ὑμετέραν, ἠδικημένων ὅμως, φιλανθρωπίαν διεξῄειν, λέγων, ὅτι κρατοῦντες τῷ πολέμῳ Περδίκκαν, Καλλισθένους Ἀθηναίων ἡγουμένου, ἀνοχὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιήσασθε, ἀεί τινος προσδοκῶντες τῶν δικαίων τεύξεσθαι. καὶ τὴν διαβολὴν ταύτην ἐπειρώμην διαλύειν, διδάσκων, ὅτι Καλλισθένην ὁ δῆμος ἀπέκτεινεν, οὐ διὰ τὰς πρὸς Περδίκκαν ἀνοχὰς, ἀλλὰ δι' ἑτέρας αἰτίας. καὶ πάλιν οὐκ ὤκνουν κατ' αὐτοῦ λέγειν Φιλίππου, ἐπιτιμῶν, ὅτι τὴν ἐκδοχὴν ἐποιήσατο πρὸς τὴν πόλιν τοῦ πολέμου. καὶ πάντων ὧν εἴποιμι, μάρτυρας τὰς ἐκείνων ἐπιστολὰς παρειχόμην, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου, καὶ τὰς Καλλισθένους ἀνοχάς.

---

9. Πτολεμαῖον] Hic Ptolemaeus Alorites secundum Diodor. Sic. L. XV, 77. ἐδολοφονήθη ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα, βασιλεύσας ἔτη τρία. Perdiccam ejus fratrem non fuisse, monet Wesseling.

τεύξεσθαι] Post hanc enuntiationem nonnulla deesse videntur Reiskio, Philippi ad illa superiora Aeschinis obstrepentis et querentis. Sed nihil deest. Nam Aeschines hanc quam dicit calumniam de damnatione Callisthenis refutarat, ante, quam ejus rei mentionem faciebat Philippus. Callisthenes morte damnatus erat ab Atheniensibus. Dicebatur, ut videtur, haec ei poena inflicta fuisse, quod inducias cum Perdicca fecerit. Aeschines autem aliis poenam criminibus tributam esse affirmat.

ἐκδοχὴν ἐποιήσατο] Laudat hunc locum Thomas M. p. 289. s. οὐ μόνον ἀναδοχὴ ἀλλὰ καὶ ἐκδοχή· ὡς ὁ Αἰσχίνης· τὴν ἐκδοχὴν ἐποιήσατο πρὸς τὴν πόλιν τοῦ πολέμου.

ὧν εἴποιμι] Vulgo ὧν ἂν εἴποιμι. Ἂν delevi auctoritate codicis Harl. Vere enim monuit Reisigius de vi et usu particulae ἂν p. 111 in hac constructione ἂν cum optativo poni non posse, ubi praeteritum spectatur tempus, sed aut praesens tempus aut futurum intelligatur necesse est.

περὶ μὲν οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς κτήσεως τῆς χώρας, καὶ τῶν καλουμένων Ἐννέα ὁδῶν, καὶ περὶ τῶν Θησέως παίδων, ὧν Ἀκάμας λέγεται φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην, τότε μὲν ἥρμοττε λέγειν, καὶ ἐῤῥήθη ὡς ἐνεδέχετο ἀκριβέστατα· νυνὶ δὲ ἴσως ἀνάγκη συντέμνειν τοὺς λόγους. ἃ δὲ ἦν τῶν σημείων οὐκ ἐν τοῖς ἀρχαίοις μύθοις, ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν γεγενημένα, τούτων ἐπεμνήσθην.

Ἐννέα ὁδῶν] Colonia Atheniensium, ad flumen Strymonem sita, quae postea Amphipoleos nomen accepit.

Θησέως παίδων] Θησέως παῖδες Δημοφῶν καὶ Ἀκάμας. τούτων Δημοφῶντι λέγεται δοθῆναι προῖκα τὰς Ἐννέα ὁδοὺς οὕτω καλουμένας. οὗτος δὲ παρὰ τὴν ἱστορίαν Ἀκάμαντί φησι δοθῆναι, οὐ Δημοφῶντι. Schol. Tota haec historia est fabulosa. Cf. Meursium in Theseo c. 28. sqq.

γυναικὶ] Phyllidis nomen habet. Rem ita narrat Scholiastes ad Lycophr. Cassandr. v. 495. s. Ἀκάμας ὀλίγαις ναυσὶ προσέσχει Θρᾴκῃ Βισάλταις, καὶ ἐρᾷ τούτου Φυλλὶς, ἡ θυγάτηρ τοῦ ἐκεῖ βασιλέως· καὶ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυᾷ ἐπὶ προικὶ τῇ βασιλείᾳ. Ἀκάμας δὲ βουλόμενος ἐλθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, πολλὰ δεηθεὶς παρὰ Φυλλίδος καὶ τῶν ἐκείνης, ὀμόσας ἀναστρέφειν ἐξέρχεται. καὶ Φυλλὶς αὐτὸν προπέμπει ἄχρι τῶν καλουμένων Ἐννέα ὁδῶν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ κιβώτιον, εἰποῦσα ἱερὸν εἶναι τῆς μητρὸς Ῥέας, καὶ μὴ ἀνοίγειν αὐτὸ, εἰ μὴ ὅταν ἀπελπίσῃ τὴν πρὸς αὐτὴν ἄνοδον. ὁ δ' ἐλθὼν εἰς Κύπρον ἐκεῖ κατῴκει. καὶ χρόνου διελθόντος ἡ Φυλλὶς ἀρὰς θεμένη κατὰ Ἀκάμαντος ἑαυτὴν ἀναιρεῖ. Ἀκάμας δὲ τὸ κιβώτιον ἀνοίξας, φάσματι κρατηθεὶς, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ τοῦτον ἐλαύνων ἀτάκτως, ἀπόλλυται. τοῦ γὰρ ἵππου σφαλέντος ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν, τῷ αὐτοῦ ἐμπήγνυται ξίφει.

ἐῤῥήθη] Sic dedi ex Mead. et Harl. pro vulgato ἐῤῥέθη. Lobeck ad Phryn. p. 47. „In contrariam partem (ab εὑρήθην) peccat ἐῤῥέθην, in quod non Isocrates, non Demosthenes umquam, bis ad summum Aeschines impegit, quo utroque loco ἐῤῥήθη in codd. servatum. Apud Platonem utrumque saepius legitur. v. Heindorf ad Gorg. p. 46. Sed et hunc arbitror popularem consuetudinem sequutum esse." Alter locus est c. 32., ubi ex Helmst. dedi ἐῤῥήθη.

τούτων ἐπεμνήσθην] Revocavi hanc omnium Mss. lectionem, quum Reiskius retinuerit Wolfii conjecturam ἐπιμνησθήσομαι. Sed haec enuntiatio non est opposita proxime antecedenti: νυνὶ δὲ ἴσως ἀνάγκη

συμμαχίας γὰρ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων συνελθούσης, εἷς ὢν τούτων Ἀμύντας, ὁ Φιλίππου πατήρ, καὶ πέμπων σύνεδρον, καὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν ψήφου κύριος ὤν, ἀπεψηφίσατο Ἀμφίπολιν τὴν Ἀθηναίων συνεξαιρεῖν μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων Ἀθηναίοις. καὶ τούτων τὸ κοινὸν δόγμα τῶν Ἑλλήνων, καὶ τοὺς ψηφισαμένους, ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων μάρτυρας παρεσχόμην. ὃν δὲ Ἀμύντας ἀπέστη ὁ Φιλίππου πατήρ, ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων, οὐ μόνον λόγοις, ἀλλὰ καὶ ψήφῳ, τούτων, ἔφην ἐγώ, σὲ τὸν ἐξ ἐκείνου γεγενημένον, οὐκ ἔστι δίκαιον ἀντιποιεῖσθαι. εἰ δ' ἀντιποιῇ, κατὰ πόλεμον λαβὼν, εἰκότως ἔχειν, εἰ μὲν πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας, δορυάλωτον τὴν πόλιν εἷλες, κυρίως ἔχεις, τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ κτησάμενος· εἰ δ' Ἀμφιπολίτας ἀφείλου τὴν Ἀθηναίων πόλιν, οὐ τὰ ἐκείνων ἔχεις, ἀλλὰ τὴν Ἀθηναίων χώραν.

συντείνει τοὺς λόγους, sed est progressio eorum, quae ante dixerat, et quae ex antiquis et mythicis temporibus petita erant.

συμμαχίας γὰρ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων συνελθούσης] Cod. Harl. συμμαχίαν γὰρ — συνελθόντων: quae est vulgatae lectionis longe elegantioris explicatio.

σύνεδρον] Bekkeri Anecdd. p. 302. σύνεδροι, οἱ ἀπὸ τῶν συμμάχων μετὰ τῶν Ἀθηναίων βουλευόμενοι περὶ τῶν πραγμάτων. Hic latiore significatione est is, qui in conventu legatorum a sociis in consilium missorum locum habet.

ἀπεψηφίσατο] Sic dedi ex conjectura Palmerii, quam nexus orationis aperte flagitat, pro vulgato ἐψηφίσατο. Ἀποψηφίζεσθαι est censere non faciendum esse; recusare.

εἰ δ' ἀντιποιῇ – εἰκότως ἔχειν] Rarum est ἀντιποιεῖσθαι sequente infinitivo constructum. Contendere adversus aliquem, hoc ita esse.

δορυάλωτον] Sic codd. omnes, nec de veritate lectionis dubitandum, quam satis firmavit Wesseling. ad Diodor. Sic. L. XVI, 20. Alii dicunt δοριάλωτον et utrumque vocabulum ubique fere in Mss. confunditur. Cf. Porson. ad Eurip. Hec. 105. et 485. Ceterum non erat, cur Reiskius ambigeret inter εἷλες quod omnium Mss. est, et inter suam conjecturam εἶχες. Δορυάλωτον εἷλες est parallelismus, qui non infrequens est Aeschini. Cf. ad Tim. 18.

10. Ῥηθέντων δὲ καὶ τούτων καὶ ἑτέρων λόγων, ἤδη καθῆκεν εἰς Δημοσθένην τὸ τῆς πρεσβείας μέρος, καὶ πάντες προσεῖχον ὡς ὑπερβολάς τινας δυνάμεως ἀκουσόμενοι λόγων. καὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον, ὡς ἦν ὕστερον ἀκούειν, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ, ἐξηγγέλθη ἡ τῶν ἐπαγγελιῶν ὑπερβολή. οὕτω δὲ ἁπάντων διακειμένων πρὸς τὴν ἀκρόασιν, φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιον σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν προαγαγὼν ἄνω τῶν πραγμάτων, ἐξαίφνης ἐσίγησε καὶ διηπορήθη· τελευτῶν δὲ ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Φίλιππος ὡς διέκειτο, θαῤῥεῖν τε παρεκελεύετο,

---

10. προοίμιον σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ] Scholiastes σκοτεινὸν ἢ ἀσαφὲς, ἢ οὐδεμιᾶς λαμπρότητος ἐχόμενον καὶ οὐκ ἄξιον τῆς ἡγεμονίας τῆς πόλεως, ἀλλὰ ταπεινοῦ φρονήματος. τεθνηκὸς δὲ ἀντὶ τοῦ οὐδὲν φανερὸν ἔχον, ἀλλ᾽ ἀφανὲς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεθνηκότων, καὶ ταπεινόν. Θνήσκειν et composita ὑπὸ φόβου, τῷ δέει homines saepe dicuntur, qui terrore ita perculsi sunt, ut quid agant, nesciant, nec agere quidquam possint. Hic vero de sermone dicitur, qui ob hominis pavorem et anxietatem et memoria excidit et ob ipsius linguae crepidationem pronuntiari non potest.

καὶ μικρὸν προαγαγὼν ἄνω τῶν πραγμάτων] Post haec Bern. et Helmst. addunt τὸν λόγον: quod si non addendum, certe supplendum est; et suppleri facile potest ex antecedente προοίμιον. Fit enim saepe, ut ex nomine, quod totum significat, pars, aut ex notione partis totum sit assumendum.

ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου] Excidit a dicendi proposito, perturbatur in dicendo, conticescit. Multis aliis locis ἐκπίπτειν significat explodi, exsibilari. Vide Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 586. Oxon. Rem nimium quantum exaggerat Aeschines, si ulla fides Plutarcho, qui in vita Demosth. p. 853. B. narrat: ὅτε πρεσβεύων δέκατος ἧκεν εἰς Μακεδονίαν, ἤκουσε μὲν πάντων Φίλιππος, ἀντεῖπε δὲ μετὰ πλείστης ἐπιμελείας πρὸς τὸν ἐκείνου λόγον. Neque Plutarchum Aeschinem confudisse cum Demosthene, neque historicum oratoris loco confutandum esse, recte judicat Weiske de Hyperbole errorum — genetrice P. III. p. 5.

θαῤῥεῖν] Humanitatis plena oratio, non tamen abhorrens a faceta derisione ac ne injusta quidem. Wolfius.

καὶ μὴ νομίζειν, ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις, διὰ τοῦτο οἴεσθαί τι πεπονθέναι· ἀλλ' ἡσυχῇ καὶ κατὰ μικρὸν ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ λέγειν ὡς προείλετο. ὁ δ', ὡς ἅπαξ ἐταράχθη, καὶ τῶν γεγραμμένων διεσφάλη, οὐδ' ἀναλαβεῖν ἔτι αὐτὸν ἠδυνήθη· ἀλλὰ καὶ πάλιν λέγειν ἐπιχειρήσας, ταυτὸν ἔπαθεν. ὡς δὲ ἦν σιωπή, μεταστῆναι ἡμᾶς ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν. ἐπειδὴ δ' ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν οἱ συμπρέσβεις ἐγενόμεθα, σφόδρα πάνυ σκυθρωπάσας ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ Δημοσθένης, ἀπολωλεκέναι με ἔφη τὴν πόλιν καὶ τοὺς συμμάχους. ἐκπλαγέντος δὲ οὐκ ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν συμπρέσβεων ἁπάντων, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένων, δι' ἣν ταῦτ' εἶπεν, ἤρετό με, εἰ τῶν Ἀθήνησι πραγμάτων ἐπιλέλησμαι, καὶ τὸν δῆμον καταπεπονημένον, καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦντα τῆς εἰρήνης, εἰ

μὴ νομίζειν, ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις, διὰ τοῦτο οἴεσθαί τι πεπονθέναι] Stephanus vel *νομίζειν* vel *οἴεσθαι* delendum opinatur. Reiskius addendum potius aliquid censet et scribendum, *καὶ μὴ νομίζειν ἐκβεβλῆσθαι* (aut *ἐκπεσεῖν*) *ὥσπερ τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις, διὰ τὸ οἴεσθαί τι πεπονθέναι*, quod externam certe probabilitatem non habet neque sententia commendatur. Weiske l. l. suspicatur in verbis *διὰ τοῦτο οἴεσθαι* latere aliquid ejusmodi *διὰ τὸ ὑπο . . . εσθαι* (an *ὑποπτοεῖσθαι* i. e. *ὑποταράττεσθαι, ὑποκινεῖσθαι?*) nam hic loci sensus est: Hortatus cum rex est, ne putaret, ut in theatris histrio, qui paululum commotus ac turbatus esset atque haesitaret, ideo sibi aliquid magnum accidisse. Equidem, si opus sit lectionis mutatione, eam novis manuscriptis commendo. Fortasse tamen in vulgata lectione repetitio notionis primariae esse possit non quidem elegans, sed tolerabilis.

καὶ τῶν γενομένων διεσφάλη] Scholiastes agnoscit aliam lectionem *παρεσφάλη*. E Mss. nulla varietas est notata. Videtur Aeschines *διασφάλλεσθαι* elegisse ut fortius. Notio *παρὰ* jam inest in verbo *σφάλλεσθαι*, quae augetur adjecta praepositione *διά*. Ctes. 28. *μὴ διασφαλῆναι τῆς πρὸς ὑμᾶς συμμαχίας.*

καταπεπονημένον] *Καταπονεῖσθαι* dicuntur ii, quorum vires laboribus, aerumnis, morbis ita defatigati sunt, ut tolerare aut praestare nihil amplius valeant.

μὴ μέμνημαι. ἦ μέγα φρονεῖς, ἔφη, ἐπὶ ταῖς ἐψηφισμέναις μὲν πεντήκοντα ναυσὶν, οὐδέποτε δὲ πληρωθησομέναις; οὕτω γὰρ ἠρέθικας Φίλιππον καὶ τοιαῦτα εἴρηκας, ἐξ ὧν οὐκ εἰρήνη γένοιτ᾽ ἂν ἐκ πολέμου, ἀλλ᾽ ἐξ εἰρήνης πόλεμος ἀκήρυκτος. 11. ἀρχομένου δέ μου πρὸς ταῦτα ἀντιλέγειν, ἐκάλουν ἡμᾶς οἱ ὑπηρέται οἱ τοῦ Φιλίππου. ὡς δ᾽ ἤλθομεν καὶ ἐκαθεζόμεθα, ἐξ ἀρχῆς πρὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐνεχείρει τι λέγειν ὁ Φίλιππος, πλείστην δὲ εἰκότως ἐποιήσατο διατριβὴν πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους· ἴσως γὰρ οὐδὲν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν, ὥς γε οἶμαι, παρέλιπον· καὶ πολλάκις μου τοὔνομα ἐν τοῖς λόγοις ὠνόμαζε, πρὸς δὲ Δημοσθένην, τὸν οὕτω καταγελάστως ἀπαλλάξαντα, οὐδ᾽ ὑπὲρ ἑνὸς, οἶμαι, διελέχθη. τοῦτο δὲ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ. ἐπειδὴ δὲ κατέστρεψεν εἰς φιλανθρωπίαν τοὺς λόγους Φίλιππος, καὶ τὸ συκοφάντημα, ὃ προειρήκει κατ᾽ ἐμοῦ πρὸς τοὺς συμπρέσβεις οὗτος, ὡς ἐσομένου πολέμου καὶ διαφορᾶς αἰτίου, διέπιπτεν αὐτῷ, ἐνταῦθα ἤδη καὶ παντελῶς ἐξιστάμενος αὑτοῦ καταφανὴς ἦν· ὥστε καὶ κληθέντων ἡμῶν ἐπὶ ξένια, δεινῶς ἀσχημο-

---

πόλεμος ἀκήρυκτος] Bellum saevum, implacabile, internecivum, ut docuit Astius ad Plat. Legg. 1, 2. Infra c. 22. ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους.

11. Δημοσθένην] Sic dedi ex Harl. Mead. Helmst. pro vulgato Δημοσθένη. Vide Tim. 63.

ἀγχόνη] Mor. et Mead. ἀγχονή. Scholiastes Aristophanis ad Acharn. 125. distinguit ἀγχόνην et ἀγχονήν. ὀξυτόνως μὲν γὰρ τὸ εἶδος τοῦ πάθους. βαρυτόνως δὲ τὸ σχοίνιον καὶ ὁ βρόχος: quod praeceptum, si verum sit, saepissime violari monuit Hemsterhusius ad Luciani Tim. 45. Tom. I. p. 158. ἀγχόνη καὶ λύπη per ἓν διὰ δυοῖν accipere possis. Ἀγχόνη vehementiam λύπης notat.

ἐπὶ ξένια] Sic dedit Taylor e cod. Mead. pro vulgato ἐπὶ ξενίᾳ, idque videtur probari e c. 47. ἐκλήθην μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων. Non video tamen, cur in universum rejiciatur locutio καλεῖσθαι ἐπὶ ξενίᾳ. Sed ἐπὶ ξένια videtur plura amplecti, non solum hospitium ipsum seu mensam hospitalem, sed etiam dona, quae hospitibus, hic legatis ut hospitibus, dari solebant.

θεῖν. Ἀφορμώντων δ' ἡμῶν οἴκαδε ἐκ τῆς πρεσβείας, ἐξαίφνης κατὰ τὴν ὁδὸν παραδόξως καὶ φιλανθρώπως πρὸς ἕκαστον διελέγετο. ὅ, τι μὲν οὖν δήποτ' ἦν ὁ κέρκωψ, ἢ τὸ καλούμενον παιπάλημα, ἢ τὸ παλίμβολον, ἢ τὰ τοιαῦτα ῥήματα, οὐκ ᾔδειν πρότερον· νυνὶ δὲ ἐξηγητὴν τοῦτον λαβὼν τῆς πάσης κακοηθείας, μεμάθηκα. διαλαμβάνων γὰρ ἕκαστον ἡμῶν ἐν μέρει, τῷ μὲν, ἔρανον συστήσειν ἐπηγγέλλετο, καὶ βοηθήσειν τοῖς ἰδίοις, τὸν δὲ εἰς στρατηγίαν καταστήσειν, ἐμοὶ δὲ παρακολουθῶν, καὶ τὴν φύσιν μακαρίζων, καὶ τοὺς λόγους, οὓς εἶπον, ἐγκω-

---

ὁ κέρκωψ, ἢ τὸ καλούμενον παιπάλημα, ἢ τὸ παλίμβολον] Vocabula, quae tropica significatione adhibentur. Scholiastes noster: οἱ κέρκωπες γένος τι ὑπῆρξε λῃστῶν καὶ πανούργων περὶ τὴν Λιβύην, οὓς ἐτιμωρήσατο Ἡρακλῆς διὰ τὴν κλοπὴν τῶν βοῶν τοῦ Γηρυόνου. Harpocration p. 100. s. ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις Κέρκωψιν δηλοῦται, ὡς ἐξαπατητῆρές τε ἦσαν καὶ ψεῦσται οἱ Κέρκωπες. Ξεναγόρας δὲ εἰς πιθήκους αὐτοὺς μεταβαλεῖν φησί. Significat vocabulum etiam simiam longa cauda instructam ejus generis, quod κερκοπιθήκων appellant historiae naturalis scriptores. — Bekker. Anecdd. p. 295. παιπάλημά ἐστιν ὁ τραχὺς ἄνθρωπος καὶ ἀνώμαλος, ἐπεὶ καὶ τῶν ὀρῶν τὰς ἀνωμαλίας παιπαλήματα καλοῦσιν. Vide Valckenaer ad Eurip. Hippol. 406. — Bekker An. p. 291. παλίμβολος ὁ πολλάκις μεταβαλλόμενος, ὃν καὶ Ὅμηρος ἀλλοπρόσαλλον καλεῖ. Neutrum genus contemtum auget.

ἔρανον συστήσειν] „Fuit apud Graecos moribus receptum, ut, quum adversam fortunam passus esset aliquis, amicorum atque sodalium facultatibus sublevaretur. Accipiebat enim ab iis pecuniae aliquam summam ea lege, ut, si deus aliquando meliora daret, quantum illi erogatum esset, tantundem ipse restitueret. Hanc illi stipem collatitiam vocabant ἔρανον, et factum ipsum ἐρανίζειν, respectu ut plurimum accipientis, vel ἔρανον συλλέγειν· dantis vero, ἔρανον εἰσφέρειν. Atque hoc fuit veluti medium quoddam genus inter id quod δάνεισμα creditumque proprie dicitur, et ἐλεημοσύνην." Casaubonus ad Theophr. XV, 2.

βοηθήσειν τοῖς ἰδίοις] In universum hoc dictum est, cujus pars erat ἔρανος: omnino rebus privatis opem se esse laturum, rem privatam quocunque modo se adjuturum. In sequentibus de publicis muneribus sermo est, quae ipsis suis opibus sit comparaturus.

μάζων, πολὺς ἦν ἐν τοῖς ἐπαίνοις καὶ ἐπαχθής. συνδειπνούντων δ' ἡμῶν ἁπάντων ἐν Λαρίσσῃ, εἰς αὐτὸν μὲν ἔσκωπτε, καὶ τὴν ἀπορίαν τὴν ἐν τῷ λόγῳ συμβᾶσαν ἑαυτῷ· τὸν δὲ Φίλιππον τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων ἔφη πάντων εἶναι δεινότατον. 12. συναποφηναμένου δὲ κἀμοῦ τι τοιοῦτον, ὡς μνημονικῶς εἴποι πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν ῥηθέντα, Κτησιφῶντος δὲ, ὅςπερ ἦν ἡμῶν πρεσβύτατος, ὑπερβολήν τινα ἑαυτοῦ παλαιότητος καὶ πλήθους ἐτῶν εἰπόντος, καὶ προςθέντος, ὡς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ βίῳ οὐ πώποθ' οὕτως ἡδὺν οὐδ' ἐπαφρόδιτον ἄνθρωπον ἑωρακὼς εἴη, ἀνακροτήσας ὁ Σίσυφος ὅδε τὰς χεῖρας, ταῦτα μέντοι, ἔφη, ὦ Κτησιφῶν, οὔτ' ἂν σὺ πρὸς τὸν δῆμον εἴποις, οὔτ' ἂν οὗτος· ἐμὲ δὴ λέγων· τολμήσειεν εἰπεῖν πρὸς Ἀθηναίους, ὡς [ἦν] ὁ Φίλιππος δεινὸς εἰπεῖν, καὶ μνημονικός. ἀναισθήτως δὲ ἡμῶν ἐχόντων, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν οὐ προορωμένων, ἣν αὐτίκα ἀκούσεσθε, εἰς συνθήκην τινὰ ἡμᾶς κατέκλεισεν ὑπὲρ τοῦ ταῦτ' ἐρεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐμοῦ δὲ καὶ δέησίν τινα ἰσχυρὰν ἐδεήθη, μὴ παραλιπεῖν, ἀλλ' εἰπεῖν, ὡς ὑπὲρ Ἀμφιπόλεώς τι καὶ Δημοσθένης εἴποι. Μέχρι μὲν οὖν τούτων οἱ συμπρέσβεις

---

12. *ἐν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ βίῳ*] Notandum hoc ἓν διὰ δυοῖν. Nos dicimus: in einer so langen Lebenszeit.

ἀνακροτήσας ὁ Σίσυφος ὅδε τὰς χεῖρας] Rarior quidem est locutio *ἀνακροτεῖν τὰς χεῖρας*, nec tamen dubia. Dicitur de longiore applausu, plaudendi actione repetita. Aristoph. Plut. 739.

ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς.

Σίσυφος: ἐπὶ πανούργου καὶ κακοπράγμονος χρῶνται τῷ ὀνόματι, ὅτι Σίσυφος περὶ πανουργίας διεβέβλητο. Saepe nomine proprio utuntur, ad indicandos mores, sentiendi et agendi rationem hominis similem ejus, qui proprium nomen habebat. Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II, 18.

ἀναισθήτως δὲ ἡμῶν ἐχόντων] *Οὐκ αἰσθομένων οὐδὲ καταλαβόντων τὴν διάνοιαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων.* Ne perperam intelligatur, additum est *καὶ τὴν ἐπιβουλὴν οὐ προορωμένων.*

εἰσί μοι μάρτυρες, οὓς προπηλακίζων οὗτος καὶ διαβάλλων ἐν τῇ κατηγορίᾳ διατετέλεκε· τῶν δ᾽ ἐπὶ τοῦ βήματος παρ᾽ ὑμῖν λόγων ὑμεῖς ἀκηκόατε· ὥςτε οὐκ ἐνέσται μοι ψεύδεσθαι. δέομαι δὲ ὑμῶν προςεπιπονῆσαι ἀκούοντας καὶ τὴν λοιπὴν διήγησιν. ὅτι μὲν γὰρ ἕκαστος ὑμῶν ποθεῖ τὰ περὶ Κερσοβλέπτην ἀκούειν, καὶ τὰς περὶ Φωκέων αἰτίας, σαφῶς οἶδα, καὶ πρὸς ταῦτα σπεύδω. ἀλλ᾽ ἐὰν μὴ τὰ πρὸ τούτων ἀκούσητε, οὐδ᾽ ἐκείνοις ὁμοίως παρακολουθήσετε· ἐὰν δ᾽ ἐμοὶ τῷ κινδυνεύοντι εἰπεῖν δῶτε, ὡς βούλομαι, καὶ σῶσαί με, εἰ μηδὲν ἀδικῶ, δυνήσεσθε, ἱκανὰς εἰληφότες ἀφορμάς, καὶ θεάσεσθε ἐκ τῶν ὁμολογουμένων καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα. 13. ὡς γὰρ δεῦρ᾽ ἤλθομεν, καὶ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπὶ κεφαλαίων τὴν πρεσβείαν ἀπηγγείλαμεν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδομεν τὴν παρὰ Φιλίππου, ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τοὺς βουλεύοντας, καὶ τὴν Ἑστίαν ἐπώμοσε τὴν βουλαίαν, συγχαίρειν τῇ πόλει, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξέπεμψεν, οἳ καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τῇ πίστει, λέγοντες ἄξιοι ἦσαν τῆς πόλεως· ὑπὲρ ἐμοῦ δὲ εἰπέ τι τοιοῦτον, ὡς οὐ ψευσαίμην

προπηλακίζων] Suidas προπηλακίζων. ἀδικῶν, ὑβρίζων, διασύρων, ἐξουθενῶν. καὶ προπηλακισμὸς ὕβρις. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ πηλὸν ἐπιχρίεσθαι τὰ πρόσωπα τῶν ἀτιμίαν καὶ ὕβριν καταψηφιζομένων, οὓς ἀρτίως ἀσβόλῳ χρίουσι.

θεάσεσθε] Hanc plurimorum codd. lectionem restitui pro ea, quam ex paucis recepit Reiske, θεάσασθαι. Vide, quae dixi supra c. 4.

13. τὴν ἑστίαν ἐπώμοσε–βουλαίαν] Antiphon περὶ τοῦ χορ. p. 789. R. ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστι, καὶ εἰςιόντες οἱ βουλευταὶ προςεύχονται.

οἳ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς ἔργοις λέγοντες ἄξιοι ἦσαν τῆς πόλεως] Si λέγοντες a bono codice abesset, non dubitarem, id delere. Sed ut id sine codicum auctoritate audax foret, sic audacius etiam, quod Wolfius proprio Marte ausus est, scribere καὶ πράττοντές τε καὶ λέγοντες. Λέγοντες hic de toto legati munere accipiendum, cujus praecipua dos est τὸ λέγειν. Sensus est: in iis, quae loquebantur, non solum inerat eloquentia, sed veritas etiam et fides.

τὰς τῶν ἑλομένων με ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐλπίδας. τέλος δὲ πάντων· ἔγραψε γὰρ ἡμᾶς στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον, εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆμον, καὶ καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον. ὅτι δ' οὐδὲν ψεῦδος εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, λαβέτω μοι τὸ ψήφισμα ὁ γραμματεὺς, καὶ τὰς τῶν συμπρέσβεων μαρτυρίας ἀναγνώτω. Ψηφισμα βουλης ο Δημοσθενης ειπε· Μαρτυριαι των συμπρεσβεων περι των ειρημενων. 14. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπηγγέλλομεν τὴν πρεσβείαν ἐν τῷ δήμῳ, εἶπε παρελθὼν πρῶτος ὑμῶν διὰ τὴν ἡλικίαν Κτησιφῶν, ἄλλους τέ τινας λόγους, καὶ τοὺς πρὸς Δημοσθένην αὐτῷ συγκειμένους ὑμῖν ἐρεῖν, περί τε τῆς ἐντεύξεως τῆς Φιλίππου, καὶ τῆς ἰδέας αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐν τοῖς πότοις ἐπιδεξιότητος. καὶ μετὰ τοῦτον Φιλοκράτους εἰπόντος μικρὰ, καὶ Δερκύλλου, παρῆλθον ἐγώ. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἄλλην διεξῆλθον πρεσβείαν, ἀπήντησα καὶ πρὸς τὸν λόγον, ὃν ἐν τοῖς συμπρέσβεσι διωμολογησάμην· εἰπὼν, ὅτι μνημονικῶς καὶ δυνατῶς ὁ Φίλιππος εἴποι, καὶ τὴν δέησιν οὐκ ἐπελαθόμην τὴν Δημοσθένους, ὅτι ταχθείη λέγειν, ἐάν τι πα-

---

τέλος δὲ πάντων· ἔγραψε γὰρ] τέλος δὲ πάντων est absoluta formula, ut τὸ δὲ μέγιστον, σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ et similes, quibus sequens enuntiatio connectitur aut conjunctione aut particula γὰρ explicativa, ut hic, interdum etiam ἀσυνδέτως.

εἰ δοκῶ ἂν] Ἂν pertinet ad infinitivum προδοῦναι: quod ut saepe cum infinitivo jungitur, ita interdum ad eum modum trahendum, si verbum finitum ex conjunctione εἰ pendeat.

ὃς οὐδ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι] Ita cuncta meditatur, ut ne obliviscens quidem incidere possit in veritatem. Mendaciorum textura sic est accurata et solida, ut nihil penetrare possit.

ἡγεῖται δ', ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν. καὶ τὰ γεγενημένα οὐ

ἡγεῖται – τῶν λόγων ὁ ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν] Wolfius, non usitatum esse opinans per oculos jurare, conjicit *ὅρκος καὶ δάκρυα κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν*, impudentes oculi oppleti lacrymis. Taylor putat aliquanto rectius legi cum Scaligero *μετὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν*. Reiskius, Pejerat, inquit, per impudicos oculos, h. e., quod asseverat, id exsecratione prosequitur et confirmat, imprecans ipse sibi, ut, si mentiatur, in continenti coecus fiat. Recte, et ita haud dubie vulgatam lectionem Wolfius ipse intellexit. Sed Reiskio Wolfii dubitatio solvenda erat. Eam solvit Toupius ad Longinum S. XVI., laudans locum ex Theocriti Id. VI, 22., ubi Damoetas, Cyclopis partes agens, jurat:

οὐ μὰ τὸν ἐμὸν γλυκὺν, ᾧ ποθόρημι
εἰς τέλος.

Ibidem vir doctissimus usum praepositionis *κατὰ* c. gen. in jurejurando illustrat. Etiam per caput jurabant. Athenaeus L. II. LXXII. p. 66. Cas. *ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν.* Vide J. J. Wetstenium ad Matth. V, 36. Casaubonus etiam, ad Theophrasti Charr. VIII., nostrum locum laudans, „Hic mos est, inquit, mentientium, ut falsiloquiis suis vel jurejurando fidem adstruant, vel testium, quos nemo requirit, laudatione, vel circumstantiarum adjectione. Quintilianus declamat. XVIII. Necesse est, contentiosius loquaris, quod probare non possis; et affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate."

καὶ τὰ γεγενημένα οὐ μόνον, ὡς ἔστι, λέγει] Etiam hunc locum ad codices Mss. dedi, quamvis aperte corruptum. Sed quum viri docti varia, etiam diversa, conjicerent, nec ulla certa sit conjectura, loci restitutionem novo Mss. auxilio relinquendam censui. Markland conjicit *τὰ μὴ γεγενημένα*, idque jam ante conjecerat Is. Casaubonus ad Theophr. l. l. Reiskius de suo addidit *μηδέποτε*. Diversam viam iniit, et fere sine ulla se mutatione locum restituisse opinatur Weiskius de hyperbole P. II. p. 5. scribens *κἆτα γεγενημένα ὡς ἔστι, λέγει.* „Sensus, inquit, qui debet, efficitur: Agmen quasi mendaciorum ducit obtestatio per oculos suos, deinde non facta modo esse dicit, sed et

μόνον, ὡς ἔστι, λέγει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ φησὶ γενέσθαι, καὶ προςτίθησιν ἅμα τινὸς ὄνομα πλασάμενος, ὡς ἔτυχε παρὼν, μιμούμενος τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. ἓν δὲ εὐτυχοῦμεν οἱ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὅτι πρὸς τῇ τερατείᾳ τοῦ τρόπου, καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων συνθέσει, νοῦν οὐκ ἔχει. σκέψασθε γὰρ ἀφροσύνην ἅμα, καὶ ἀπαιδευσίαν ἀνθρώπου, ὃς τοιοῦτον ἔπλασε τὸ περὶ τὴν Ὀλυνθίαν γυναῖκα ψεῦδος κατ' ἐμοῦ, ἐφ' ᾧ μεταξὺ μὲν λέγων ὑφ' ὑμῶν ἐξεῤῥίφη. τὸν γὰρ πλεῖστον ἀφεστηκότα τῶν τοιούτων πρὸς τοὺς εἰδότας διέβαλλε. 45. σκέψασθε δὲ, ὡς πόῤῥωθεν ἐπὶ τὴν αἰτίαν ταύτην παρεσκευάζετο. ἔστι γάρ τις ἐπιδημῶν [ἡμῶν] εἰς τὴν πόλιν Ἀριστοφάνης Ὀλύνθιος. τούτῳ συσταθεὶς ὑπό τινων, καὶ πυθόμενος, ὡς εἰπεῖν

---

diem addit. Κᾆτα, respondens ἡγεῖται, exprimit, quod toto loco dicitur, ordine quasi procedere mendacia Demosthenis, constanti arte composita; et γεγενημένα ὡς ἐστι pro ὡς ἐστι γεγενημένα transposita sunt ob vim oppositi γεγενημένα et ἡμέραν." Sed verborum collocatio nec in se probabilis videtur, nec quicquam apud nostrum simile, nec subjecti placet omissio. Optima mihi videtur Casauboni et Marklandi conjectura, quum negatio saepissime a librariis neglecta sit, nec eam aliquando dubito Mss. testimonio firmatum iri.

προςτίθησιν ἅμα] Ἅμα acessit e codd. Helmst. et Vienn., idque etiam Scaliger in codice invenisse videtur.

πρὸς τῇ τερατείᾳ] Cf. supra c. 24.

ἀνθρώπου] Marklandus τἀνθρώπου. Vide supra c. 4.

ἐξεῤῥίφη] Cf. c. 2. Hyperbolice dictum significat ἐκβάλλειν, ἐκρίπτειν spernere, rejicere. Vide Weiske de Hyperb. P. II. p. 15. not. 12.

45. ἐπιδημῶν [ἡμῶν]] Probabile est, quod Marklandus conjecit, Reiskius confirmavit, ἡμῶν ex antecedente ἐπιδημῶν temere repetitum esse. Ἡ πόλις ab Atheniensibus κατ' ἐξοχὴν sua ipsorum πολις nominatur. In Isocrate, apud quem hoc solemne est, librarii saepe addiderunt ἡμῶν vel ἡμετέρα, quod ex iis codd., qui secundam Isocratis ipsius recensionem sequuntur, apparet. Suadet etiam pronominis collocatio, in quo nullam vim esse oportet, id deleri.

δύναται, ὑπερεκθεραπεύσας αὐτὸν καὶ προσαγαγόμενος, ἔπειθεν ἐμοῦ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρεῖν πρὸς ὑμᾶς. κἂν παρελθὼν ἐθελήσῃ σχετλιάσαι, καὶ λέγειν, ὡς εἰς οἰκείαν αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ αἰχμάλωτον γεγενημένην πεπαρῴνηκα, πεντακοσίας μὲν ἤδη δραχμὰς ὑπισχνεῖτο αὐτῷ δώσειν, πεντακοσίας δ' ἑτέρας, ἐπειδὰν καταμαρτυρήσῃ. ὁ δ' αὐτῷ ἀπεκρίνατο, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο, ὅτι τῆς μὲν φυγῆς, καὶ τῆς παρούσης ἀπορίας ἑαυτῷ οὐ κακῶς, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἄριστα στοχάζοιτο· τοῦ δὲ τρόπου πλεῖστον εἴη διημαρτηκώς· οὐδὲν γὰρ ἂν τοιοῦτον πρᾶξαι. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, αὐτὸν Ἀριστοφάνην μαρτυροῦντα παρέξομαι. κάλει μοι

ὑπερεκθεραπεύσας] Nota hanc hyperbolicam compositionem, quae in antiquioribus lexicis deest.

σχετλιάσαι καὶ λέγειν] Ἓν διὰ δυοῖν ex malignitate dicere. Σχετλιάζειν, verbum multifariae significationis, hic est inepte et maligne agere.

εἰς οἰκείαν αὐτοῦ γυναῖκα] Wolfius interrogat: utrum uxorem ejus, an cognatam? Sine dubio, uxorem ejus ipsius, aut filii. Bekker Anecd. p. 213. l. 18. οἱ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες οἰκεῖοι λέγονται. — Notandum etiam, quod Attici ad vocabula ἴδιον, οἰκεῖον et synonyma genitivum pronominis personalis et reflexivi addere solent, aut etiam possessivum. Vide Lobeck ad Phryn. p. 441.

καὶ αἰχμάλωτον γεγενημένην] Reiskius opinatur aut καὶ delendum aut ante id inserendum ἐλευθέραν vel εὐγενῆ. Ego vero καὶ interpretor et quidem. Vide Schaefer. ad Long. p. 351. Mulier honesta, quae in captivitatem incidit, excitat viri honesti misericordiam, nec ulla ratione eam dehonestabit.

πεπαρῴνηκα] Hoc verbum apud Atticos duplex augmentum habet. Moeris p. 332. πεπαρῴνηκεν Ἀττικῶς, παρῴνηκεν Ἑλληνικῶς ubi vide Piersonum. Adde Lobeck ad Phryn. p. 154. s.

ὅτι τῆς μὲν φυγῆς cet.] Sensus est, Demosthenem id acu tetigisse quidem, quo in exilio et egestate pressus aegre careret, sed multum aberrasse ab ipsius sentiendi ratione.

τοιοῦτον] Hoc recepi ex Helmst. et Vienn. pro vulgato τοιοῦτο. Vide ad Tim. 73.

Ἀριστοφάνην Ὀλύνθιον, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀναγίνωσκε, καὶ τοὺς ἀκηκοότας αὐτοῦ, καὶ πρὸς ἐμὲ ἀγγείλαντας, Δέρκυλλον Αὐτοκλέους Ἁγνούσιον, καὶ Ἀριστείδην Εὐφιλήτου Κηφισιέα. „Μαρτυρίαι." Τῶν μὲν μαρτύρων διομνυμένων καὶ μαρτυρούντων ἀκούετε, τὰς δ᾽ ἀνοσίους τῶν λόγων ταύτας τέχνας, ἃς οὗτος πρὸς τοὺς νέους ἐπαγγέλλεται, καὶ κέχρηται νυνὶ κατ᾽ ἐμοῦ, ἆρα μέμνησθε, ὡς ἐπιδακρύσας, καὶ τὴν Ἑλλάδα κατοδυράμενος, καὶ Σάτυρον

Κηφισιέα] Libri quidem habent *Κηφισέα* vel *Κηφισσέα*, quod recte emendarunt viri docti. *Κηφισία δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς, δημότης Κηφισιεύς*, teste Harpocratione et aliis. Vide Meursium s. v.

διομνυμένων] Bekkeri Anecd. p. 239. s. v. *διωμοσία· ὅρκος ἐστὶν, ὃν ὤμνυον οἱ φόνου ἀγῶνα διώκοντες ἢ φεύγοντες. ἀμφότεροι γὰρ ὤμνυον μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν παρόντα λόγον, ἦ μὴν ἀληθῆ κατηγορῆσαι καὶ δικαίως, ὤμνυον δὲ καὶ πρὶν εἰπεῖν τὸν αὐτὸν ὅρκον ἀμφότεροι ἐπενεχθείσης τῆς ψήφου, εἰ μὴ δικαίως νενικηκέναι, ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενος, εἰ ἐξηπάτησεν.* Rarius est de testibus, nec tamen inusitatum. Videtur fortius quam simplex. Demosthenes *πρὸς Εὐβουλίδην* p. 1305. *ἀκηκόατε καὶ μαρτυρούντων καὶ διομνυμένων*. item p. 1310. et 1312. *διομνυμένων καὶ μαρτυρούντων* per *ἓν διὰ δυοῖν*: quum dato jurejurando testarentur.

καὶ κέχρηται] Quum accusativus *ἃς* praecesserit, *κέχρηται* autem dativum postulet, Scaliger legendum censuit *καὶ αἷς κέχρηται*: quo non opus esse, ostendi ad Tim. 13.

Σάτυρον] Teste Plutarcho Demosth. c. 7., *ἐπιτήδειος Δημοσθένους, ὃς ἰάσατο τὸ αἴτιον τούτου, δι᾽ ὃ χάριν οὐκ εἶχε πρὸς τὸν δῆμον.* Ita rem narrat Diodorus, cujus verba, ut historici, potissimum videntur animadvertenda, L. XVI, 55. *καὶ δή ποτ᾽ ἐν τῷ συμποσίῳ κατανοήσας (Φίλιππος) Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν σκυθρωπὸν, ἤρετο, διὰ τί μόνος οὐδὲν ἀξιοῖ μεταλαβεῖν τῆς παρ᾽ αὐτοῦ φιλανθρωπίας. τοῦ δ᾽ εἰπόντος, ὅτι βούλεται παρ᾽ αὐτοῦ τυχεῖν τινὸς δωρεᾶς, δεδοικέναι δὲ, μή ποτε δηλώσας τὴν προκεχειρισμένην ἔντευξιν ἀποτύχῃ, ὁ μὲν βασιλεὺς περιχαρὴς γενόμενος διεβεβαιώσατο, πᾶν, ὅ τι ἂν αἰτήσῃ, χαρίσασθαι. ὁ δ᾽ εἶπεν, ὅτι ξένου τινὸς ἑαυτοῦ δύο παρθένοι, τὴν ἡλικίαν ἔχουσαι γάμου, τυγχάνουσιν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις οὖσαι· ταύτας οὖν βούλεσθαι λαβεῖν, οὐχ ἵνα λυσιτέλειάν τινα περιποιήσηται τυχὼν*

τὸν κωμικὸν ὑποκριτὴν προςεπαινέσας, ὅτι ξένους τινὰς αὐτοῦ αἰχμαλώτους, σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργείῳ, καὶ δεδεμένους, παρὰ τὸν πότον ἐξῃτήσατο παρὰ τοῦ Φιλίππου, ταῦθ' ὑποθεὶς, ἐπεῖπεν, ἐντεινάμενος ταύτην τὴν ὀξεῖαν καὶ ἀνοσίαν φωνήν· ὡς δεινὸν εἴη, εἰ ὁ μὲν τοὺς Καρίωνας, καὶ Ξανθίας ὑποκρι-

---

τῆς δωρεᾶς, ἀλλ' ἵνα προικίσας συνοικίσῃ, καὶ μὴ περιΐδῃ μηδὲν παθούσας ἀνάξιον τῆς ἡλικίας. μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ Φίλιππος ἀσμένως τὴν αἴτησιν προςδεξάμενος παραχρῆμα τὰς παρθένους ἐδωρήσατο τῷ Σατύρῳ. Oratorie rem describit Demosthenes περὶ παραπρ. p. 401. ss.

ὅτι ξένους cet.] Sub hoc vocabulo Harpocration: ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους, σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργείῳ καὶ δεδεμένους παρὰ πότον ἐξῃτήσατο παρὰ Φιλίππου Σάτυρος, Αἰσχίνης μὲν ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας φησί. Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου φησὶν, ὅτι Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἐξῃτήσατο, καὶ ἔοικε μᾶλλον ἀληθεύειν, καὶ Ἀριστοτέλης ἔν τινι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐπιστολῶν λέγει, ὡς Σατύρῳ, τῷ ὑποκριτῇ, τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἀφῆκεν.

ἀμπελουργείῳ] Num hoc substantivum apud alium hujus aetatis scriptorem legatur, dubito. Cod. Helmst. habet ἀμπελῶνι, quod praeferendum opinatur Reiskius. Sed non video, cur alterum rejiciendum sit. Locum indicat, ubi ἀμπελουργοὶ operam suam praestant. Lectio asseritur Harpocrationis loco modo laudato, et Suidas vocabulum habet s. v. ἀμπελεών.

σκάπτοντας — — καὶ δεδεμένους] Reiskius καὶ delendum censet, ut sit, fodientes in catenis. Sed jam saepius vidimus, duo verba et inprimis participia copula καὶ per ἓν διὰ δυοῖν juncta, ut unum determinativum sit alterius. Et hic quidem non sine vi utrumque enuntiatur separatum. Per duo enim singulatim allata tristis captivorum conditio vividius exprimitur.

ὀξεῖαν καὶ ἀνοσίαν φωνὴν] Markland mavult ἀνόσιον, et verum est, in aliis locis ἀνόσιος aqud Aeschinem per omnia genera esse secundae declinationis. Legimus tamen supra c. 18. εἰρήνην, αἰσχρὰν καὶ τῆς πόλεως ἀναξίαν εἶναι φάσκων; nec contra codd. mutandum. Satis id stabilivit Lobeck ad Phryn. p. 106.

τοὺς Καρίωνας καὶ Ξανθίας] Nomina servorum, qui in Comoediis inducebantur. Καρίων, nomen a patria petitum Caria, unde multi

νόμενος, οὕτως εὐγενὴς, καὶ μεγαλόψυχος γένοιτο, ἐγὼ δ' ὁ τῆς μεγίστης πόλεως σύμβουλος, ὁ τοὺς μυρίους Ἀρκάδων νουθετῶν, οὐ κατάσχοιμι τὴν ὕβριν, ἀλλὰ παραθερμανθεὶς, ὅθ' ἡμᾶς εἱστία Ξενόδοκος, τῶν ἑταίρων τις τῶν Φιλίππου, ἕλκοιμι τῶν τριχῶν, καὶ λαβὼν ῥυτῆρα μαστιγοίην τὴν αἰχμάλωτον γυναῖκα; οὐκοῦν εἰ ὑμεῖς αὐτῷ ἐπιστεύσατε, ἢ Ἀριστοφάνης μου συγκατεψεύσατο, ἐπ' αἰσχραῖς αἰτίαις ἀδίκως ἀπωλόμην ἄν. ἐάσετε οὖν αὐτὸν

---

erant servi; Ξανθίας a rubro colore capillorum. Eustathius ad Homerum Il. Γ. p. 328. edit. Bas. πυῤῥίαι οἱ δοῦλοι παρὰ τοῖς κωμικοῖς, ὡς τοιοῦτοι μάλιστα ὄντες. οὕτω δὲ καὶ Ξανθίαι οἱ αὐτοί.

τοὺς μυρίους Ἀρκάδων] Vide supra c. 23.

παραθερμανθεὶς] Scaliger διαθερμανθεὶς, quod compositum in hujus rei narratione adhibet Demosthenes p. 402. Sed ut rem exaggeraret, Aeschines videtur παραθερμανθεὶς posuisse. Παραθερμαίνεσθαι significat: vino sic incalescere, ut ratio perturbetur et furiosus atque demens agendi modus dominetur.

Ξενόδοκος] Verum est, hominem appellari a Demosthene περὶ παραπρ. p. 401. Ξενόφρων. Sed fortasse Ξενόφρων et Ξενόδοκος nonnisi cognomen erat, quod, ut cognomina frequenter, nominis ipsius locum occupaverat. Ejusdem certe significationis utrumque est. Quod Marklandus littera minori scribendum censet ξενόδοχος, ut sit appellativum, id non videtur necessarium. Mutatio saltem litterae κ in χ prava est, ut monui supra c. 23.

μαστιγοίην] Sic scripsi ex Helmst. et Vienn., quod etiam Scaliger adscripsit, inventum, opinor, in cod. Vulgo μαστιγοῖμι: in quo si libri omnes consentirent, id non mutassem. Sed in varietate lectionis Attica forma praeferenda.

ἐάσετε οὖν cet.] Harpocration p. 155. s. v. Προστρόπαιον, Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Ἐάσετε οὖν αὐτὸν τὸ τοιοῦτον προστρόπαιον; ἀντὶ τοῦ ἄγος καὶ τὸ μίασμα. καὶ προστροπὴ δὲ παρὰ τοῦτο λέγεται. ἐν γοῦν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος ἐκ παραλλήλου τίθησι τὰ ὀνόματα ὁ ῥήτωρ. Excerpsit haec etiam Suidas. Ex Harpocratione articulum addidi ante τοιοῦτον, qui quomodo exciderit, per se patet. De τοιοῦτος cum articulo vide ad Tim. 14. Non autem opus esse videtur, ut cum Reiskio ἑαυτοῦ addatur; nec ex scholio

τὸ τοιοῦτον προςτρόπαιον, μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως, ὥςτε ἐν ὑμῖν ἀναστρέφεσθαι; καὶ τὴν μὲν ἐκκλησίαν καθαίρετε, ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασι διὰ τούτου τὰς εὐχὰς ποιήσεσθε; καὶ στρατιὰν, ἢ πεζὴν, ἢ ναυτικὴν, ἐκπέμψετε; καὶ μὴν ὅγε Ἡσίοδος λέγει·

Πολλάκι τοι ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
Ὅς κεν ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

---

cod. Harl. sequitur, eum, qui scholion confecit, id in codice suo invenisse. *Προςτρόπαιον*, inquit, *ἐστὶν ὁ εἰς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος τὰ κακά. ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τοῦ ἀποτροπαίου. προςτρόπαιον δέ φησιν ἑαυτοῦ. μὴ γάρ γένοιτο τῆς πόλεως. Προςτρόπαιον* enim per se est homo, qui sibi ipsi iram et vindictam divinam contraxit. *Μὴ γὰρ τῆς πόλεως* sine *ἑαυτοῦ* oppositionem facit: utinam ne civitati eandem contrahat! Qui enim hominem diis invisum tutantur, eadem, qua ille, poena affliguntur.

ἐάσετε — — ὥςτε ἐν ὑμῖν ἀναστρέφεσθαι] Marklandus conjunctionem delendam censet, ut natam ex praecedentibus et subsequentibus litteris. Reiskius eam defendit, *ἐάσετε* accipiens *ἀζήμιον καὶ ἀθῷον ἀφήσετε*: quam notabilem significationem appellat Heynius ad Il. XXIV, 557. Obsvv. Atque haec significatio etiam apud Atticos certa est. Demosthenes *Ἀριστοκράτ.* p. 646. *ἴσον ἡγεῖτο ἀσέβημα ὁ ταῦτα διαιρῶν, τόν τε ἀδικοῦντα ἐῶν, καὶ τὸν ἀναίτιον ἐκδιδόναι πρὸ δίκης*: ubi Reiskius haesitat, utrum *ἀτιμώρητον* addendum sit an subaudiendum. *πρὸς Πανταίν.* p. 971. *οὐ γὰρ ἂν δήπου τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων, παρόντων ἀμφοῖν ὁμοίως ἐγκαλῶν, τὸν μὲν εἴασε, τῷ δ' ἐδικάζετο.* Locum tamen non animadverti, ubi *ὥςτε* sequatur. Sed nihilominus non delendum. Schaeferus enim ad Bosii Ell. p. 781. monet, *ὥςτε* saepe addi, ubi, si desit, non desideretur.

τὴν μὲν ἐκκλησίαν καθαίρετε] Vide ad Tim. 10.

Ἡσίοδος] *Ἔργα καὶ ἡμέραι* v. 240. s. Sed in altero versu legitur *ὅςτις ἀλιτραίνει.*

ἀπηύρα] De hoc vocabulo accurate egit Butmannus in Lexilogo Vol. I. p. 75. sqq. De *ἀτάσθαλα* vide Heyne Obsvv. ad. Il. IV, 409.

ἀλιτραίνῃ] Etymologicum magnum. p. 65. Sylb. *Ἀλιτρὸς ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἄδικος καὶ μιάσματι συνεχόμενος ἀπὸ τοῦ ἀλίτω, ὅ ἐστιν ἁμαρτάνω.* Similia docet Eustathius ad Od. E. p. 215. s.

ἓν δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις εἰπεῖν ἔτι βούλομαι. εἰ γάρ πού τίς ἐστι κακία κατ᾽ ἀνθρώπους, ἂν μὴ πρωτεύοντα περὶ ταύτην ἀποδείξω Δημοσθένην, θανάτου τιμῶμαι· 46. Ἀλλ᾽, οἶμαι, πολλὰ καὶ χαλεπὰ παρακολουθεῖ τῷ κρινομένῳ, καὶ μετακαλεῖ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς ὀργῆς ὁ κίνδυνος ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας λόγους, καὶ διαλογισμὸν παρίστησι, μή τι παραλίπῃ τῶν κατηγορημένων. ὥςτε ἅμα μὲν ὑμᾶς, ἅμα δὲ ἐμαυτὸν εἰς ἀνάμνησιν τῶν κατηγορημένων ἀγαγεῖν βούλομαι. σκοπεῖτε γὰρ δὴ καθ᾽ ἕκαστον, ὦ Ἀθηναῖοι. ποῖον ἐγὼ ψήφισμα γράψας κρίνομαι, ἢ ποῖον νόμον λύσας, ἢ ποῖον γενέσθαι κωλύσας, ἢ τίνας ὑπὲρ τῆς πόλεως συνθήκας ποιησάμενος, ἢ τί τῶν δεδογμένων περὶ τῆς εἰρήνης ἀπαλείψας, ἢ τί τῶν μὴ δοξάντων ὑμῖν προςγράψας; οὐκ ἤρεσκέ τισι τῶν ῥητόρων ἡ εἰρήνη — ἔπειτα οὐ τότε ἀντιλέγειν αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ νῦν ἐμὲ κρίνειν; ἐπλούτουν τινὲς ἐκ τοῦ πολέμου ἀπὸ τῶν ὑμετέρων εἰςφορῶν, καὶ τῶν δημοσίων προςόδων,

---

εἰ γάρ πού τίς ἐστι — ἂν μὴ — ἀποδείξω, θανάτου τιμῶμαι] Saepe animadverterunt viri docti, conjunctiones hypotheticas in protasi duplicari, vel etiam triplicari. Cf. v. c. Heindorf. ad Protag. 16. Ceterum pro *γὰρ* Reiskius mavult *μὲν γάρ*: quo non opus. Saepe enim *γὰρ* ponitur ut explicativum, quum ea, quae quis se dicturum esse promiserat, nunc incipiat exponere. Vide v. c. Tim. c. 73. med. *δημηγοροῦντος γάρ τινος* cet. *παραπρ.* c. 13. init. *ὡς γὰρ δεῦρ᾽ ἤλθομεν*. Frequens est in Demosthene. *Ὑπὲρ Φόρμου* p. 817. *σκοπεῖτε δ᾽ ἀκούσαντες. ἐγὼ γὰρ — — — ᾤμην δεῖν μηδὲν ἄλλο τούτου πρότερον, ἢ τοῦτον προκαλούμενος ἐξελέγξαι.* p. 858. *βούλομαι σαφῶς ὑμῖν ἐπιδεῖξαι ψευδόμενον. τοῦτον γὰρ τὸν λόγον καθῆκεν, ἐπειδὴ τὰ χρήματα μὲν πολλὰ πέφηνεν ὄντα, οὐκ εἶχε δ᾽ ἐπιδεῖξαι ταῦθ᾽ ὡς ἀποδέδωκεν.*

46. *τῶν μὴ δοξάντων*] Negatio ex solo Reg. 2. accessit (Bern. addit *οὐ*), eaque videtur necessaria. In antecedente membro interrogavit Aeschines, numquid eorum, quae populo Atheniensi de pace placuerint, omiserit vel aboleverit; in hoc interrogat, an quidquam addiderit de suo, quod ipsis visum non fuerit.

ἀπὸ τῶν ὑμετέρων εἰςφορῶν καὶ τῶν δημοσίων προςόδων] „Εἰς-

νῦν δὲ πέπαυνται — εἰρήνη γὰρ ἀργίαν οὐ τρέφει. ἔπειτα οἱ μὲν οὐκ ἀδικούμενοι, ἀλλ' ἀδικοῦντες τὴν πόλιν, τιμωρήσονται τὸν προστάντα τῆς εἰρήνης, οἱ δ' ὠφελούμενοι τοὺς χρησίμους εἰς τὰ κοινὰ γινομένους ἐγκαταλείψετε; 47. *Συνῇδον γὰρ τοὺς παιᾶνας Φιλίππῳ, κατεσκαμμένων τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, ὥς φησιν ὁ κατήγορος. καὶ ποίῳ τεκμηρίῳ δύναιτ' ἄν τις σαφῶς τοῦτο ἐπιδεῖξαι; ἐκλήθην μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων· ἦσαν δ' οἱ κλητοὶ, καὶ συνδειπνοῦντες, σὺν ταῖς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις, οὐκ ἐλάττους ἢ διακόσιοι. ἐν δὲ τούτοις, ὡς ἔοικεν, ἐγὼ διαφανὴς ἦν, οὐχ ὑποσιγῶν, ἀλλὰ συνᾴδων, ὥς φησι Δημοσθένης, οὔτ' αὐτὸς παρὼν, οὔτε τῶν ἐκεῖ παρόντων οὐδένα παρασχόμενος μάρτυρα. καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε, ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς, προῇδον; οὐκοῦν εἰ*

φορὰ erat frequentissima belli tempore et maxime solennis supplendae, deficiente aerario, pecuniae ratio, pendebaturque ab omnibus, praeterquam capite censis, civibus juxta et inquilinis, pro cujusque censu, atque ex descriptione quadam classium aut symmoriarum, quae quidem descriptio luculentissime a Boeckhio exposita est Staatsh. der Ath. T. II. p. 29—79. " πρόσοδοι nomen est generale de reditibus publicis, vectigalibus. Peculiarem libellum Xenophon scripsit cum inscriptione: *Πόροι ἢ περὶ προσόδων.*

47. *συνῇδον γὰρ*] Minime *γὰρ* cum Wolfio in *δὲ* mutandum. Est enim ironicum cum indignatione, Latinorum scilicet, nimirum. Sic supra c. 7. *τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας — — περὶ πλείστου δή φησι ποιεῖσθαι.* Demosthenes contra Mid. p. 579. *τοιοῦτοι γάρ ἐστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. οὐ γὰρ ἐξέρχεσθε, οὐ γὰρ οἴεσθε δεῖν χρήματα εἰςφέρειν.* p. 580. *τοιοῦτος γὰρ εἶ, Μειδία. ὑβριστὴς γὰρ εἶ, καὶ οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε.*

ἐκλήθην - ἐπὶ τὰ ξένια] Vide supra c. 11.

εἰ μή γε] Astius ad Platon. Pol. II, 15. videtur negare, *γε* post *εἰ μὴ* poni. Certe *εἰ δὲ μή γε* affirmat nonnisi apud Matthaeum VI, 1. et IX, 7. legi. At oblitus est vir doctissimus, in ejus ipsius editione *τῆς Πολιτείας* L. IV, 4. p. 107. idem sine nota toleratum esse; aliaque ejusdem generis exempla laudavit Boeckhius in indice lectionum anni 1823. aestivarum p. 5. Nec dubitandum

μὲν ἐσίγων, ψευδῆ μου κατηγορεῖς· εἰ δὲ ὀρθῆς ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης, καὶ τῶν πολιτῶν κοινῇ μηδὲν ἀτυχούντων, συνῇδον μετὰ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων τὸν παιᾶνα, ἡνίκα ὁ θεὸς μὲν ἐτιμᾶτο, Ἀθηναῖοι δὲ μηδὲν ἠδόξουν, εὐσέβουν, ἀλλ' οὐκ ἠδίκουν, καὶ δικαίως ἂν σωζοίμην. ἔπειτα ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτα ἀνηλέητός τις εἰμὶ ἄνθρωπος, σὺ δὲ εὐσεβὴς, ὁ τῶν συσπόνδων καὶ συσσίτων κατήγορος; 48. *Ὠνείδισας δέ μοι καὶ πολιτείας ἐμπληξίαν, εἰ πεπρεσβευκὼς πρὸς Φίλιππον πρότερον, παρεκάλουν ἐπ' ἐκεῖνον τοὺς Ἕλληνας. καίτοι ταύτην, εἰ βούλει, τὴν κατηγορίαν καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων δημοσίᾳ κατηγορήσεις. ἐπολεμεῖτε Λακεδαιμονίοις· καὶ μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις συμφορὰν τοῖς αὐτοῖς ἐβοηθεῖτε. κατηγάγετε εἰς τὴν πατρίδα φεύγοντας Θη-*

---

de formulae usu. Est enim formula ironica, ut nostro loco. Xenophon Symp. VI, 6. *Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς καλούμενος; — Οὔκουν κάλλιον, ἔφη, ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην; — Εἰ μή γε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι.* Euripides Alc. v. 509. sqq.

Ἡρ. πώλους ἀπάξω κοιράνῳ Τιρυνθίῳ

Χορ. οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις

Ἡρ. εἰ μή γε πῦρ πνέουσι μυκτήρων ἄπο.

ὀρθῆς ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης] Suidas s. v. *Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τούτοις, ἀντὶ τοῦ κεκινημένης καὶ πεφοβημένης Ὑπερίδης φησίν. Ὀρθῆς δ' ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης, Αἰσχίνης ἀντὶ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ ἀκεραίου.*

ἀνηλέητος] Wolfius explicat *μηδενὸς ἐλέου ἄξιος*. Si vocabulum ex opposito *εὐσεβὴς* aestimetur, facile placebit Wakefieldii interpretatio Sylvv. Critt. P. III, p. 104. de eo accipientis, qui humanitatis sensum exuit, qui occalluit contra hominum miseriam. Laudat etiam *ἀνάλγητος*, ut similis significationis: quod etiam Monkius ad Eurip. Hippol. v. 1386. monet significare, qui dolore non tangitur: vel etiam crudelis.

48. *πολιτείας ἐμπληξίαν*] Hesychius explicat *ἐμπλήκτους-μαινομένους, εὐμεταθέτους, εὐμεταβόλους.* Utraque significatio videtur hic in *ἐμπληξία* conjuncta: inconstans dementia, vel demens inconstantia. Ctes. 72. *τὴν τοῦ Δημοσθένους ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίαν φησὶ φοβεῖσθαι καὶ τὴν ἐμπληξίαν καὶ δειλίαν.*

βαίους· καὶ πάλιν τούτοις ἐμάχεσθε ἐν Μαντινείᾳ. ἐπολεμήσατε Ἐρετριεῦσι καὶ Θεμίσωνι· καὶ πάλιν ἐσώσατε. καὶ μυρίοις ἄλλοις ἤδη τῶν Ἑλλήνων οὕτω κέχρησθε. τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρὸς τὸ κράτιστον, καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν πόλιν. τὸν δὲ ἀγαθὸν σύμβουλον τί χρὴ ποιεῖν; οὐ τῇ πόλει πρὸς τὸ παρὸν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν; τὸν δὲ πονηρὸν κατήγορον, τί χρὴ λέγειν; οὐ τοὺς καιροὺς ἀποκρυπτόμενον, τῆς πράξεως κατηγορεῖν; τὸν δὲ ἐκ φύσεως προδότην πῶς χρὴ θεωρεῖν; ἆρά γε οὐχ

Ἐρετριεῦσι καὶ Θεμίσωνι] Demosthenes rem ita narrat *περὶ στεφ.* p. 259. *πάλιν σφετεριζομένων Θηβαίων τὴν Εὔβοιαν, οὐ περιείδετε· οὐδ᾽, ὧν ὑπὸ Θεμίσωνος καὶ Θεοδώρου περὶ Ὠρωπὸν ἠδίκησθε, ἀνεμνήσθητε, ἀλλ᾽ ἐβοηθήσατε καὶ τούτοις*: ubi Ulpianus haec adnotat. *Θεμίσων τε καὶ Θεόδωρος Εὐβοεῖς, ἐπιθέμενοι Ὠρωπῷ, χωρίῳ Ἀθηναίων, κειμένῳ μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας, ἔλαβον αὐτό. Ὡς δὲ Ἀθηναῖοι ἔμελλον πολεμεῖν, ἔδοξε δίκῃ μᾶλλον κρίνεσθαι. τὸν δὲ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον Θηβαῖοι ἔφασαν αὐτοὶ λαβόντες φυλάξειν τὸ χωρίον. ὡς δὲ ἔλαβον, οὐδετέροις ἀπέδοσαν, μέχρις οὗ ὁ Φίλιππος σπενδόμενος τοῖς Ἀθηναίοις, ἐν τῷ ἀναχωρεῖν ἐπὶ Μακεδονίαν, ἐχαρίσατο αὐτοῖς Ἀθηναίοις, ἀπὸ Θηβαίων λαβών.* — Apud Diodorum *Θεμίσων* appellatur *Θεμισίων*. Perperam, opinor.

τί χρὴ λέγειν;] Reiskius opinatur, post *λέγειν* deesse *ποιεῖν*: Quid facere malum accusatorem dicendum est? Perperam. Sensus est: Quem merito *πονηρὸν κατήγορον* appellaveris, quanam eum ratione in dicendo uti oportet?

τὸν δὲ ἐκ φύσεως προδότην πῶς χρὴ θεωρεῖν;] Duram constructionem horum et sequentium appellat Reiskius, haec interpretans: Proditorem quomodo spectare oportet? quibus indiciis deprehendere atque noscitare. — Mihi locus ita constituendus videtur, ut *τὸν προδότην* sit subjectum, non objectum. Flagitant id quae antecedunt et quae sequuntur. Est gradatio, in qua homines, de quibus sermo est, semper subjecti locum tenent: *τὸν ἀγαθὸν σύμβουλον* — *τὸν πονηρὸν κατήγορον* — — *τὸν ἐκ φύσεως προδότην*, atque etiam, qui sequitur infinitivus, *ἐκφέρειν*, subjectum flagitat *τὸν προδότην*. Omnis locus externam sanitatis speciem habet. Videtur igitur interpretatione juvandus. Haud scio an *θεωρεῖν* significare non possit speculari, callide et frau-

ὡς σὺ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ πιστεύσασι κέχρησαι, λόγους εἰς δικαστήρια γράφοντα μισθοῦ, τούτους ἐκφέρειν τοῖς ἀντιδίκοις; ἔγραψας λόγον Φορμίωνι τῷ τραπεζίτῃ, χρήματα λαβών· τοῦτον ἐξήνεγκας Ἀπολλοδώρῳ τῷ περὶ τοῦ σώματος κρίνοντι Φορμίωνα. εἰσῆλθες εἰς εὐδαιμονοῦσαν οἰκίαν τὴν Ἀριστάρχου τοῦ Μόσχου· ταύτην ἀπώλεσας. προὔλαβες τρία τάλαντα παρ' Ἀριστάρχου φεύγοντος· τοῦτον τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια ἀπεστέρησας, οὐκ αἰσχυνθεὶς τὴν φήμην, ἣν προσεποιήσω ζηλωτὴς εἶναι τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου. οὐ γὰρ δὴ τῇ γε ἀληθείᾳ. οὐ γὰρ προσδέχεται δίκαιος ἔρως πονηρίαν. ταῦτ' ἐστὶν ὁ προδότης, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. 49. Ἐμνήσθη δέ που περὶ τῆς στρατείας, καὶ τὸν καλὸν στρατιώτην ἐμὲ ὠνόμασεν· ἐγὼ δὲ οὐχ ἕνεκα τῆς τούτου βλασφημίας, ἀλλὰ τοῦ παρόντος κινδύνου προνοούμενος, καὶ περὶ τούτων ἀνεπίφθονον λέγειν εἶναί μοι νομίζω. ποῦ γάρ, ἢ πότε αὐτῶν, ἢ πρὸς

---

dulenter rem in suum emolumentum instruere et parare. Haec saltem notio perquam huic loco apta: Natum vero proditorem quomodo oportet speculari, scilicet, ut suo ingenio dignus sit? Locum, quo haec verbi significatio plane obtineat, non habeo in promtu; nec ea tamen videtur abhorrere a notione verbi.

ἐκφέρειν τοῖς ἀντιδίκοις] Dinarchus κατὰ Δημοσθ. p. 71. ei hoc tantum objicit, μισθοῦ τὰς δίκας λέγοντα ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν, πλουσιώτερον ὄντα τῶν ἐν τῇ πόλει (fortasse post ὄντα excidit πάντων propter litterarum antecedentium et subsequentium similitudinem): quo loco quum Reiskius neget, orationis pro Ctesippo ullum usquam vestigium esse, oblitus est orationis in Leptinem, quae item inscribi potest ὑπὲρ Κτησίππου, qui Chabriae filius erat. Dinarchus autem hanc ita appellavit in invidiam Demosthenis, quia Ctesippus, pueritia egressus, perditissimus nebulo erat, et omni generi luxuriae et nequitiae deditus. Vide Wolfii Prolegomena in Leptineam p. LIII. not. 23. — Plutarchus in vita Demosthenis fere totus cum Aeschine consentit T. I. p. 852.

τὴν Ἀριστάρχου] Uberius haec narravit in Tim. c. 70.

49. τὸν καλὸν στρατιώτην] Demosthenes παραπρ. p. 375. αὐτὸς ὤν, φῄμαι, θαυμάσιος στρατιώτης, ὦ Ζεῦ.

τίνας, παραλιπὼν τήνδε τὴν ἡμέραν, μνησθήσομαι; ἐκ παίδων μὲν γὰρ ἀπαλλαγεὶς, περίπολος τῆς χώρας ταύτης ἐγενόμην δύο ἔτη, καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς συνεφήβους, καὶ τοὺς συνάρχοντας ἡμῶν μάρτυρας παρέξομαι. πρώτην δ' ἐξελθὼν στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην, καὶ

περίπολος] Harpocration haec habet: *Περίπολος: Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, περὶ τῶν ἐφήβων λέγων, φησὶν οὕτως. Τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν, ἐκκλησίας ἐν τῷ θεάτρῳ γενομένης, ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις, καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν, καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις. παρατηρητέον οὖν, ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἕνα φησὶν ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς περιπόλοις γίγνεσθαι τοὺς ἐφήβους, ὁ δ' Αἰσχίνης δύο· καὶ τάχα διὰ τοῦτο ἐπεσημήνθη τοῦ πράγματος ὁ ῥήτωρ, καίπερ πάντων τῶν ἐφήβων ἐξ ἀνάγκης περιπολούντων, αὐτὸς δύο ἔτη γέγονε τοῖς περιπόλοις* (fortasse *γεγονέναι ἐν τοῖς περιπόλοις*). Aliter Pollux L. VIII, 105. *Περίπολοι ἔφηβοι περιῄεσαν τὴν χώραν φυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά. καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτὼ καὶ δέκα ἔτη γενόμενοι, δύο δε εἰς περιπόλους ἠριθμοῦντο.* Jam Maussacus monuit, Harpocrationem Aristotelem parum recte intellexisse. H. quidem Valesius Maussacum studet refutare, sed non persuadet. Petitus LL. Att. p. 654. edit. Wessel. opinatur, docuisse Aristotelem, ephebos primo anno, quo *ἐν τοῖς περιπόλοις* erant, publice custodes fuisse in urbe; hinc legi *ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις*, approbata populo sua custodia, illa videlicet anni praecedentis. Mihi quidem Harpocrationis error inde natus videtur, quod *τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν* de initio anni secundi, quo quis ephebus factus est, intelligit, quum potius annus absolutus intelligendus sit; *ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις* est a p p r o b a t a p o p u l o c u s t o d i a sua anno secundo, i. e. fine anni secundi, approbata ea ratione, qua se gesserant *περίπολοι ὄντες*.

στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην] Reiske, est, inquit, eadem militia, quam paulio post *τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους* appellat, quum non totus exercitus in castra, sed globi singulares, *μέρη τῆς ὅλης στρατιᾶς*, sibi alternis succedunt. — Res commiscuit prorsus diversas. *Αἱ ἐκ διαδοχῆς ἔξοδοι* sunt expeditiones, quae successu temporis fiebant, dum stipendia nondum emeruerat Aeschines. Contra *ἡ στρατεία ἡ ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένη* est ex Suida explicanda. Is enim habet s. v. *Τεθρεία. ἔθος ἦν, τοὺς ἐφήβους, μετὰ τὸ γενέσθαι περιπόλους τῆς χώρας σκηνεύεσθαι μὲν, εἰ συμβαίη πόλεμος,*

συμπαραπέμπων μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ξένων, τὴν εἰς Φλιοῦντα παραπομπὴν, κινδύνου συμβάντος ἡμῖν περὶ τὴν Νεμεάδα καλουμένην χαράδραν, οὕτως ἠγωνισάμην, ὥστε ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων ἐπαινεῖσθαι, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους, τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν ἐξῆλθον, καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην συνεμαχεσάμην οὐκ αἰσχρῶς, οὐδ' ἀναξίως τῆς πόλεως.

μὴ μέντοι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἐν μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις τῆς μάχης. διὸ τὴν στρατείαν καλεῖσθαι τὴν ἐν τοῖς μέρεσι. Itaque ut περίπολοι ὄντες non ad ὑπερόρια bella mittebantur, sed ad praesidium patriae regionis adhibebantur, ubicunque eorum usus erat, sic, militum albo inscripti, ad externa quidem bella cum militibus aliis prodire et in acie dimicare tenebantur, sed tutiori commodiorique loco, quo Ephebi in acie disponi consueverant, a militibus aliis ipsi distinguebantur; at hoc ipsum levioris quodammodo militiae tempus in legitimo annorum numero censebatur. Exponit haec Eduardus Corsinus Fast. Att. Dissert. XI, 5.

συμπαραπέμπων – τὴν – παραπομπὴν] Παραπομπὴ complectitur omnis generis subsidia, quae loco ejusque praesidio aut populo ad defensionem et vitae sustentationem mittuntur. Xenophon Hellen. VII, 2 18. παραπομπῆς meminit, quae Phliasiis, duce Charete, missa erat.

τὴν Νεμεάδα καλουμένην χαράδραν] Harpocration: Νεμέας (scrib. Νεμεὰς) χαράδρα ... ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. οὕτως ἐκαλεῖτο τόπος τις ἐν Πελοποννήσῳ πλησίον τῆς Νεμέας χαράδρας, Ἔφορος ἐν εἰκοστῇ τρίτῃ. Nemea locus est in Argolide sub montem, ad quem erat χαράδρα, quae est, teste et interprete Suida, διῶρυξ πηλοῦ μεστὴ, ὄλεθρον οὐχ ὕδωρ ἔχουσα.

ἐξόδους τὰς ἐν τοῖς ἐπωνύμοις] Harpocration: Διττοί εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι· οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί· ἕτεροι δὲ δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. „Quamvis autem Aeschines dicat ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν, quasi alterius militiae tempus ab alterius distinguatur, perspicuis tamen veterum testimoniis erudimur, utrumque militiae genus aut tempus in integro duorum et quadraginta annorum tempore contineri, qui totidem Eponymorum Archontum nominibus ita designari consueve-

καὶ τὰς εἰς Εὔβοιαν στρατείας ἐστρατευσάμην, καὶ τὴν ἐν Ταμύναις μάχην ἐν τοῖς ἐπιλέκτοις οὕτως ἐκινδύνευσα, ὥστε κἀκεῖ στεφανωθῆναι ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων, καὶ δεῦρο ἥκων πάλιν ὑπὸ τοῦ δήμου, τήν τε νίκην τῆς πόλεως ἀπαγγείλας, καὶ Τεμενίδου τοῦ τῆς Πανδιονίδος ταξιάρχου,

---

rant, ut initio ducto ab Eponymi Archontis nomine, quo pueri inter ephebos admissi erant, ad quadragesimi secundi insequentis Archontis annum, hoc est ad sexagesimum usque aetatis annum, militare tenerentur: ubi in Eponymis vel Eponymiana militia dicebantur. Si Ulpianus ad Demosthenis Olynth. III. tantum τεσσαράκοντα ἔτη memorat, vel ipse fallitur, vel militiae tempus non accurato, sed rotundo, ut potius fieri amat, numero expressit, vel in eo δύο καὶ τεσσαράκοντα rescribendum, ut cum Harpocratione vel potius cum Philochoro et Aristotele conspiret." Corsinus l. l.

τὴν ἐν Ταμύναις μάχην] *Ταμύναι πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ, ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἐρετριέων.* Aeschines ipse rem uberius exponit Ctes. 26. et Plutarchus in Phocionis vita Vol. I. p. 746. s. *Πλουτάρχου τοῦ Ἐρετριέως καλοῦντος τοὺς Ἀθηναίους καὶ δεομένου τὴν νῆσον ἐξελέσθαι, καταδυναστευομένην ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, ἀποσταλεὶς στρατηγὸς ὁ Φωκίων ἔχων δύναμιν οὐ πολλήν, ὡς τῶν ἐκεῖ συστησομένων ἑτοίμως πρὸς αὐτόν. Εὑρὼν δὲ προδοτῶν ἅπαντα μεστὰ καὶ νοσοῦντα καὶ διορωρυγμένα, δωροδοκίᾳ εἰς κίνδυνον μέγαν κατέστη. καί τινα λόφον χαράδρᾳ βαθείᾳ τῶν περὶ τὰς Ταμύνας ἐπιπέδων ἀποκρυπτόμενον καταλαβὼν συνεῖχεν ἐν τούτῳ καὶ συνεκρότει τὸ μαχιμώτατον τῆς δυνάμεως. — — Διὸ πρῶτον μὲν ὁ Πλούταρχος, οἰόμενος ἀποδειλιᾶν καὶ κατοκνεῖν ἐκεῖνον, ἐξέδραμε μετὰ τῶν ξένων. Ἔπειτα τοῦτον ἰδόντες οἱ ἱππεῖς οὐκ ἐκαρτέρησαν, ἀλλ' ἤλαυνον εὐθὺς εἰς τοὺς πολεμίους, ἀσύντακτοι καὶ σποράδες ἐκ τοῦ στρατοπέδου προσφερόμενοι. νικωμένων δὲ τῶν πρώτων, ἅπαντες ἐσκεδάσθησαν, καὶ ὁ Πλούταρχος ἔφυγεν. — — Ὁ δὲ Φωκίων τὴν μὲν φάλαγγα προσέταξεν ἐφεδρεύειν, ἀναλαμβάνουσαν ἅμα καὶ προσδεχομένην τοὺς ἐν τῇ φυγῇ πρότερον διασπαρέντας. αὐτὸς δὲ τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων ἐνέβαλε τοῖς πολεμίοις, καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης πάντες μὲν ἐκθύμως ἠγωνίσαντο καὶ ἀφειδῶς. ὁ δὲ Πλούταρχος ἐξεβάλλετο ἐκ τῆς Ἐρετρίας.*

Τεμενίδου τοῦ τῆς Πανδιονίδος ταξιάρχου] „*Ταξίαρχοι* proximi erant dignitate τοῖς στρατηγοῖς, ex tribubus et ipsi singulis singuli a populo creati. Hi et in delectu habendo imperatoribus aderant, et indices (καταλόγους) juniorum, quibus adhuc merenda erant stipen-

καὶ συμπρεσβεύσαντος ἀπὸ στρατοπέδου μοι δευρὶ, καὶ τὰ περὶ τὸν γενόμενον κίνδυνον, οἷος ἦν, ἀπαγγείλαντος. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τοῦτο τὸ ψήφισμα, καὶ κάλει τὸν Τεμενίδην, καὶ τοὺς συνεστρατευμένους μοι τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας, καὶ Φωκίωνα τὸν στρατηγὸν, μήπω συνήγορον, ἂν μὴ τούτοις συνδοκῇ, ἀλλ' ὑπεύθυνον τῷ συκοφάντῃ μάρτυρα, ἐὰν ψεύδηται. „Ψήφισμα. Μαρτυρίαι.“

50. Ἀπαγγείλας τοίνυν πρῶτος τὴν τῆς πόλεως νίκην ὑμῖν, καὶ τὴν τῶν παίδων τῶν ὑμετέρων κατόρθωσιν, πρώτην ὑμᾶς ἀπαιτῶ χάριν τὴν τοῦ σώματος σωτηρίαν, οὐ μισόδημος ὢν, ὥς φησιν ὁ κατήγορος, ἀλλὰ μισοπόνηρος, οὐ τοὺς Δημοσθένους ὑμᾶς ἐῶν προγόνους μιμεῖσθαι· οὐ γάρ εἰσιν· ἀλλὰ τῶν καλῶν τῇ πόλει βουλευμάτων ζηλωτὰς εἶναι παρακαλῶν. νῦν δ' αὐτὰ πόῤῥωθεν ἀρξάμενος μικρῷ δίειμι σαφέστερον. πρότερον ἡ πόλις

---

dia, ex sua quisque tribu conscriptos in potestate habebant, et in bello tribulibus suis, sed hoplitis tantum, praeerant, ordines instruebant et proelium ducebant. Nam tribuum illa descriptio non minus militiae quam domi valebat. Sed Demosthenes his quoque a re militari otium fere esse conqueritur. Nimirum in mercenariis copiis, ducibus peregrinis, salus tunc atque opes reipublicae sitae erant.“ Schömann l. l. p. 315.

50. *οὐ τοὺς Δημοσθένους ὑμᾶς ἐῶν προγόνους μιμεῖσθαι· οὐ γάρ εἰσιν*] Reiskius vult *οὐκ ἐῶν*, interpretans: N o n D e m o s t h e n i s m a j o r e s vos recordari non sinens i. e. non prohibens vos meminisse jactatorum a Demosthene majorum. Perperam. Negatio, quae enuntiationis initio posita est, ad *ἐῶν* trahenda. Orator sibi id laudi tribuit, quod eos prohibet, majores Demosthenis imitari, qui nulli sunt, i. e. nullius pretii, a parte materna ne germani quidem Athenienses. Hinc se appellavit *μισοπόνηρον*.

δίειμι σαφέστερον] Locum hunc, qui iisdem fere verbis in Andocidis *περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης*. p. 91. sqq. R. legitur, appellat Boeckhius Staatshaush. T. I. 279. „eine grofsen Theils sehr verworrene Stelle, woraus jedoch nach Verbesserung der Irrthümer einige Wahrheit gezogen werden kann.“ Wolfius pro ingenuitate sua,

ἡμῶν εὐδόξησε μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ τῶν τειχῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων πεπτωκότων, εἰρήνης δ' ὑπαρχούσης πρὸς Λακεδαιμονίους, διέμεινεν ἡμῖν τὸ τῆς δημοκρατίας πολίτευμα. συνταραχθέντες δὲ ὑπό τινων, καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ, καὶ ποιήσαντες, Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιήσαμεν. ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τριακαίδεκα. ἐν

„Hasce historias, inquit, Aeschini, quam mihi, fuisse notiores, facile patior. Neque operae pretium esse duco, severius in hanc narrationem inquirentem, historicorum et oratorum cum ea vel consensionem vel dissensionem indagare, aut temporum rationem inquirere." Ego vero, quae vel viri docti, inprimis Boeckhius, illustrarunt, vel quae ipse deprehendi, quamquam sit opus molestum et ingratum, afferam.

προκηρυκευσαμένου] Vocabulum rarum, et rarissimum ea, qua hic obtinet, significatione. Pollux IV, 94. id praeconibus tribuit, qui publice aliquid promulgant. Hic quidem ea significatione *κήρυκος* accipiendum, qua designat legatum ad pacem paciscendam missum. Cf. Tim. 9. *Πρὸ* est publica auctoritate.

σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς] Errat Aeschines. Verius rem sic narrat Andocides p. 91. *καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον καὶ ὄντα ἐν Χεῤῥονήσῳ* (Scribere enim oportebat *καὶ Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου ὠστρακισμένον καὶ ὄντα ἐν Χ.*) *κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο, πρόξενον ὄντα τῶν Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν εἰς Λακεδαίμονα προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε, καὶ ἐνεμείναμεν ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριάκοντα.* Nempe per Cimonem Ol. $82\frac{2}{3}$ Archonte Euthydemo quinquennales induciae inter Peloponnesios et Athenienses initae sunt. Thucyd. I, 112. His elapsis Ol. $83\frac{3}{4}$ Archonte Lysimachide Lacedaemonii Eleusinam usque Thriasios campos in Atticam excurrunt. Thuc. I, 114. Sed non multo post tricennales induciae fiebant inter eosdem. Sed ruptae sunt post tredecim aut quatuordecim annos. I, 115. Exarsit igitur bellum Ol. $86\frac{4}{1}$. Pythodoro Archonte, duos adhuc menses regnante.

δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ἐναυπηγησάμεθα, τριακοσίους δὲ ἱππέας προςκατεσκευασάμεθα, καὶ τριακοσίους τοξότας Σκύθας ἐπριά-

---

τὸ βόρειον τεῖχος] Septentrionalis murus, qui ex Athenarum urbe linea recta ad Piraeum extenditur, longitudine quadraginta fere stadiorum. Hic versus septentrionem tutabatur et urbem et maritimum commeatum adversus hostilem invasionem.

ἑκατὸν – τριήρεις] Der Staat machte auch in Friedenszeiten für das Seewesen einen bedeutenden Aufwand. Im Piräus war das Seezeughaus (νεώριον, νεώςοικος) welches Segel, Taue, Schläuche, Ruderwerk und anderes Schiffgeräth enthielt; und der Schiffbau für den Krieg wurde im Frieden wie im Kriege unablässig betrieben. Themistocles schon hatte das Gesetz gegeben, dafs jährlich zwanzig neue Triremen gebaut werden sollen. Auch in der Folge konnte man regelmäfsig schwerlich weniger ausfertigen, da die Trieren bald alterten. Die Pflicht für den Trierenbau zu sorgen, hatte der Rath der Fünfhundert, die Besorgung selbst, hatte ein Ausschufs, die Trierenbauer. Boeckh Staatsh. I. p. 268.

τριακοσίους ἱππέας] Auf die Reiterey verwandte Athen gleichfalls in Friedenszeiten viel, theils weil dieselbe ein Hauptschmuck der festlichen Aufzüge war, bey welchen sie durch Schönheit der Männer und Rosse und herrliche Rüstung einen prachtvollen Anblick gewährte, theils weil sie wohl wufsten, dafs Mann und Rofs ohne vorausgegangene Uebung keinen für den Krieg brauchbaren Ritter ausmachen. Der Rath der Fünfhundert hat eine besondere Aufsicht über die Reiterey, und prüft Rofs und Reiter; zum Dienst zu Pferde sind die Reichen gesetzlich verpflichtet. — — Der Aufwand für die Reiterey in Friedenszeiten war nach Xenophon an vierzig Talente. Die Bestimmung derselben war eigentlich die Verpflegung. Wie viel aber hiervon die Einzelnen erhielten, haben die Gelehrten auf verschiedene Weise bestimmt, sechzehn Drachmen monathlich oder drey Obolen täglich, wenn zwölfhundert sind; wenn tausend, zwanzig Drachmen monathlich, oder etwa vier Obolen täglich.

καὶ τριακοσίους τοξότας Σκύθας] Eo tempore primum sagittarii acquirebantur; quorum numerus postea accrevit ad mille, fortasse etiam amplius. Suidas: τοξόται. οἱ δημόσιοι ὑπηρέται, φύλακες τοῦ ἄστεος, τὸν ἀριθμὸν χίλιοι, οἵτινες πρότερον μὲν ᾤκουν τὴν ἀγορὰν μέσην σκηνοποιησάμενοι, ὕστερον δὲ μετέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον. cf. c. 51.

μεθα, καὶ τὴν δημοκρατίαν βεβαίως εἴχομεν. 51. παρεμπεσόντων δ' εἰς τὴν πολιτείαν ἡμῶν οὐκ ἐλευθέρων ἀνθρώπων, καὶ τοῖς τρόποις οὐ μετρίων, πάλιν πρὸς Αἰγινήτας εἰς πόλεμον κατέστημεν. κἀνταῦθα οὐκ ὀλίγα βλαβέντες, τῆς μὲν εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν, Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς συμπρέσβεις, εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν, ἣ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρε. χίλια μὲν γὰρ τάλαντα ἀνηνέγκαμεν νομίσματος εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις ἑτέρας

---

51. πρὸς Αἰγινήτας] Eos caussantes hoc bellum in se concitasse. Mox autem eos omnes ejecerunt ex insula, atque cives Athenienses eo migrarunt, agros sortientes. Thuc. II, 27. Quicquid iis inde mali accidebat, id bene meriti erant.

Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες] Hanc rem a nemine memoratam inveni, nisi ab Andocide, unde hic omnia hausit Aeschines, p. 92. ᾑρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες, ὧν ἦν Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. οὗτοι οὖν εἰρήνην ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τριάκοντα. Quamquam equidem istam Andocidis legationem ignoro, ea tamen potest locum habuisse. Utrimque enim in hoc bello legationes multae missae sunt, pacem praetexentes, ut nos earum minimam pene partem norimus; atque etiam induciarum multitudo in aeternum fere diem initae sunt; sed vix initae, cum abolerentur: imago erant Calendarum Graecarum. Dicere possis, jam bellum continuo gestum esse, donec Lysander Athenienses ad deditionem et ignominiosam pacem subeundam cogeret.

χίλια μὲν γὰρ τάλαντα ἀνηνέγκαμεν — εἰς τὴν ἀκρόπολιν] Parum ex hac enuntiatione res, quam innuit, intelligitur. Nempe quum repentinam Peloponnesii in Atticam irruptionem fecissent, post eorum discessum populo Atheniensium placuit ex pecuniis, quae in arce erant, mille talenta eximere et seponere, nec impendere. Quod si quis ea in alios usus impendenda censuisset, quam si hostes classe urbem invasissent, et propulsandi essent, capitis eum poena afficiendum jusserunt. Thuc. II, 24. Quum autem anno vicesimo belli Peloponnesiaci (Ol. 92.) Chios defecerat, Athenienses, existimantes, magnum jam ac manifestum periculum sibi undique imminere, neque [illegible] [illegible] quietiores post defectionem a maxima urbe factam, illa mille talenta, confestim ob praesentem

ἐναυπηγησάμεθα, καὶ νεωσοίκους ᾠκοδομήσαμεν, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους ἱππέας κατεστήσαμεν, καὶ τοξότας ἑτέρους τοσούτους, καὶ τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον ἐτειχίσθη, καὶ τὸν δῆμον οὐδεὶς ἐνεχείρησε καταλῦσαι. πάλιν δὲ εἰς πόλεμον διὰ Μεγαρέας πεισθέντες καταστῆναι, καὶ τὴν χώραν τεμεθῆναι προέμενοι, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν στερη-

---

pavorem abrogata lege, quae poenam jusserat ei, qui vel de his tangendis verba fecisset, movenda navesque non paucas instruendas decreverunt. Thuc. VIII, 15.

καὶ τοξότας ἑτέρους τοσούτους] Hieronymus Wolf fragt, ob dreyhundert gemeint seyen, indem er *ἑτέρους τοσούτους* mit den c. 50. genannten dreyhundert in Verbindung bringt, welche zuerst gekauft waren. Mir ist gewifs, dafs ein solches *ἕτεροι τοσοῦτοι* nur auf die unmittelbar vorhergegangene Zahl, hier also nur auf *χιλίους καὶ διακοσίους* bezogen werden kann, und dafs hier die ganze Anzahl der Bogenschützen mit Einschlufs der erst gekauften, die ohnehin unterdessen meistens gestorben seyn mochten und wieder ersetzt waren, gemeint ist. Unläugbar ist, was Hier. Wolf zeigt und aus ihm Viger aufgenommen hat, dafs es öfter ist noch einmahl so viel, indem man die vorhergegangene Zahl rechnet und sie noch einmahl dazu schlägt; aber unstreitig heifst es ursprünglich und strenge genommen nur eben so viel, wie Ctes. 30. Dafs es in unserer Stelle so gemeint sey, zeigt besonders Andocides vom Frieden S. 93. *χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας, καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους*, wo das voraustretende *τοσούτους* entscheidet. Diefs stimmt auch am besten mit Suidas und dem Scholiasten. In Athen waren 1200. Reiter, aber Xenophon spricht nur von tausend: eben so Suidas und der Scholiast im Verhältnifs zu Aeschines. Das einzig auffallende könnte das *ἑτέρους* seyn, da Bogenschützen keine Reiter sind; aber wer sieht nicht, dafs diefs nach demselben Sprachgebrauche zu beurtheilen, wornach Xenophon sagt: *τοὺς ὁπλίτας καὶ τοὺς ἄλλους ἱππέας*? Uebrigens beweiset der Fortschritt der Erzählung, dafs hier nicht von Bogenschützen im allgemeinen, sondern von den Sclaven die Rede ist, da die erstern dreyhundert bestimmt gekaufte heifsen. Boeckh. Staatsh. I. p. 223. not. 217.

τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον] Murus australis, qui ex urbe in Phalerum pertingebat et regionem, quae meridiem versus urbi subjacet, tutatur.

θέντες, εἰρήνης ἐδεήθημεν, καὶ ἐποιησάμεθα διὰ Νικίου τοῦ Νικηράτου. καὶ πάλιν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς την ἀκρόπολιν διὰ τὴν εἰρήνην ταύτην, τριήρεις δ᾽ ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας, φόρος δ᾽ ἡμῖν κατ᾽ ἐνιαυτὸν προσῄει πλέον, ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα, καὶ Χεῤῥόνησον, καὶ Νάξον, καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν, πλείστας δ᾽ ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἀπεστείλαμεν, καὶ τοσαῦτα ἔχοντες τἀγαθὰ, πόλεμον δι᾽ Ἀργείους πρὸς Λακεδαιμονίους ἐξηνέγκαμεν, πεισθέντες ὑπ᾽ Ἀργείων· καὶ τελευτῶντες, ἐκ τῆς τῶν ῥητόρων ἀψιμαχίας εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως, καὶ τοὺς τετρα-

---

διὰ Νικίου τοῦ Νικηράτου] „Während des Friedens des Nikias, welcher (Ol. 89, 3.) auf funfzig Jahre geschlossen, aber nicht ordentlich gehalten und im siebenten Jahre durch den Angriff auf Sicilien (Ol. 91, 1) gänzlich aufgelöst wurde, seyen, bis Athen, durch die Argiver verleitet, wieder Krieg angefangen habe, siebentausend Talente auf die Burg gekommen, erzählt Aeschines. Hiervon ist weiter nichts bekannt, was gerade die Gröfse der Summe betrifft; aber die Nachricht scheint doch Glauben zu verdienen. (Reiskius summam habet pro nimia, et conjicit ἑπτακοσίους). Sehr leicht konnten jährlich etwa tausend Talente zurückgelegt werden. Auch bemerkt Tucydides (VI, 26.), der Staat habe sich während des Waffenstillstandes nicht allein an waffenfähiger Mannschaft wieder aufgenommen, sondern auch Schätze gesammelt." Boeckh Staatsh. I. p. 477.

πλωΐμους] Hanc scribendi rationem Atticis vindicat Lobeckius ad Phryn. p. 614. ss. prae illa πλοΐμους. „Cur Attici πλωΐζειν dicere maluerint, etiam haec generalior ratio afferri potest, quod illi, si sine graviore detrimento fieri posset, concursum litterarum ο et ι declinasse reperiuntur."

τοὺς τετρακοσίους] Perperam nonnulli Mss. τοὺς τριακοσίους. Erant quadringenti, qui septimo anno ante XXX tyrannos acceperunt a populo, volente quidem, sed decepto, rempublicam, quorum praecipui erant Pisander, Phrynichus cet., de quibus copiose Thucydides Lib. VIII. Accurate et diligenter hi distinguendi ab illa

κοσίους, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς τριάκοντα ἐνεπέσομεν, οὐκ εἰρήνην ποιησάμενοι, ἀλλ' ἐκ προσταγμάτων ἠναγκασμένοι. 52. πάλιν δὲ σώφρονες πολιτευθέντες, καὶ τοῦ δήμου κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς, Ἀρχίνου καὶ Θρασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου, καὶ τὸ μὴ μνησικακεῖν πρὸς ἀλλήλους ἔνορκον ἡμῖν καταστησάντων, ὅθεν σοφωτάτην πάντες τὴν πόλιν ἡγήσαντο εἶναι· κἀνταῦθα ἀναφθέντος τοῦ δήμου, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἰσχύσαντος, ἄνθρωποι

βουλῇ τῶν τετρακοσίων, quam instituit Solon, et quam Clisthenes mutavit in βουλὴν τῶν πεντακοσίων. Vide Perizonium ad Aeliani VV. HH. L. V, 13.

